Qu. 156. III, Ve 3047 X 1975731

DISSERTATIO JURIS PUBLICI
DE

# VICARIATU

IMPERII NOSTRI ROMANO-GERMANICI.

Quam

Magnifici JCTORUM in hac Salanâ Ordinis indultu

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi & Excellentiſſimi,*

DN. JOH. VOLK. Bechmanns/

JCti, ac Anteceſſoris celeberrimi, Conſiliarii Saxonici, Curiæ Provincialis & Scabinatus Aſſeſſoris graviſſimi,

Præceptoris ſui ætatem colendi,

*Publicæ Eruditorum diſquiſitioni*

*ſubjiciet*

JOHANN. ADOLPH. Marſchall/

Eques Thuring. Autor.

*In Auditorio JCtorum*

ad Diem Aprilis.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

*JENÆ*

Literis JOHANNIS NISII.

*ANNO* CIↃ IↃCC LXVI.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0001-3

*SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,*

# DN. JOHANNI GEORGIO II.

Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium Duci, Sacri Romani Imperii Electori ac Archi-Marſchallo, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, nec non ſuperioris ac inferioris Luſatiæ, Burggravio Magdeburgenſi, Comiti de Marca & Ravensburg, Dynaſtæ in Ravenſtein, &c.&c.

*PRINCIPI AC DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.*

*Devotiſſimam animi ſubjectionem!*

GErmanorum fortiſſimus ille Heros, Carolus verè Magnus, non inter poſtremas victorioſi Nominis ſui laudes duxiſſe fertur, quod debellatis Gentilibus, & Ethniciſmô extirpatô, multas divinæ religionis Academias, variaq; literatorum Collegia ordinare valuerit. Tantus enim in hoc Heroë literarum favor, imò fervor extitiſſe dicitur, ut privato homini vix major eſſe poſſit. Id quod variæ Conſtitutiones, quæ in Capitular. Carol. M. promulgatæ ſunt,

probatum dant. Inter quas una eſt *lib. 1. c. 72. Hoc flagitamus veſtram almitatem, ut non ſolum ſervilis conditionis infantes, ſed etiam ingenuorum filios aggregent, ſibiq́ ſocient, & ut ſcholæ legentium puerorum fiant, Pſalmos, notas, cantus, computum, Grammaticam, per ſingula monaſteria, vel Epiſcopia diſcant, ſed & libros Catholicos benè emendatos habeant. Et lib. 5. c. 55. Dignum eſt, ut filios ſuos donent ad ſcholam, ſive ad miniſteria; ſive foras presbyteris, ut fidem catholicam rectè diſcant, & orationem Dominicam, ut domi alios edocere valeant; Idem confirmat Synodus Lugdunenſis in Centur. Eccl. 9. cauſ. 9. c. 3. ibi: Oportet etiam ut ſicut Dominus Imperator Carolus, Vir ſingularis manſuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, juſtitiæ, & temperantiæ, præcepit, ſcholas conſtituant, in quibus & literaria ſolertia, diſciplinæ & ſacræ Scripturæ documenta diſcuntur. &c.* Non minorem verò Gloriam Veſtra, Potentiſſime Elector, Domus Sereniſſima, ſibi peperit, in erigendis omnium liberalium artium Academiis, fundandisque Apoſtolicæ Religionis Eccleſiis. Quem enim illa Germaniæ lumina, Academias puto Lipſienſem & Wittebergenſem, fundatorem agnoſcunt, niſi Sereniſſimam tot Imperatorum, Regumq́ue progenetricem, Domum Saxonicam?

Quem

Quem lumen illud Theologorum, B. Lutherum intelligo, habuit protectorem, niſi glorioſam illam *tenebroſæ Hæreſeos extirpatricem* Domum Saxonicam? Quem ſuperiori Orthodoxorum perſecutione Eccleſia invenit Defenſorem, niſi Veſtræ, Potentiſſ. Elector, Serenitatis Parentem, excelſæ memoriæ! Ecquis verò innumera Serenitat. Vræ. Eccleſiis, cætuique literario gratioſa exhibita beneficia enumerare, non dicam ſat prædicare, potens erit. Lubens hoc facerem, & humillima, qua Seren. Vræ. Veſtræque Serenitatis Potentiſſimæ ſtirpi, Familia mea devincta eſt, obedientia atque ſubjectio me, ut facerem, cogeret, modò ætatis ingeniique mei vires operi huic, quod Atlanticos ſupprimeret humeros, impares non eſſent. Tentârunt hoc ante me fratres mei tres natu majores, quorum ſtudia à Serenitat. Vræ. Gratia haud parum ſuſtentata ſcio, ſed conatus eorum, quo Vram, Sereniſſime Princeps, Munificentiam, deprædicare humillimè ſuſceperunt, fruſtrà cecidiſſet, niſi à Glorioſa Seren. Vræ. Virtute Academicis eorum lucubrationibus plus, quam pro dignitate earum, Gratiæ conceſſum, dignæque, ut Sereniſſimo aſpicerentur vultu, habitæ

ſuiſſent ; Horum ego veſtigiis inhærens, diu multumque circumvolvo animo, quâ potiſſimum ratione Serenitati Vræ. ſubjectiſſimam animi mei devotionem exprimere poſſem? quo modo largiſſimam Clementiæ Veſtræ erga Familiam meam gratiam, ſubmiſſa gratitudine mentis proſequi, Veſtramque Munificentiam mihi ulterius conciliare valerem? Anni, prudentiæ capaces, nondum adſunt ; Ingenium ; ob crebram corporis afflictionem, per aliquot annos graviſſimis ex morbis promanantem, doctrinâ nondum ſatis excultum ; Experientia, ob nondum ſuſceptas peregrinationes, exterarumque provinciarum Jurium, ſtatutorum, morum, nondum comparata ; Hiſce omnibus, quæ humillimi mei conatus capacem me quodammodo reddere valerent, ego deſtituor. Nil igitur amplius mihi relictum, quam ut Ser. Vræ. Clementiſſime Princeps, per exiguas haſce pagellas devotiſſimam meam voluntatem declararem, ejusdem verò impotentiam & debilitatem humillimè excuſarem. Veſtram igitur, Potentiſs. Elect. Gratioſiſſimam Clementiam ſubjectiſſimis precibus rogem, venererque, neceſſe eſt, ut eas, ſubmiſſæ devotionis meæ interpre-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0006-0

pretes, quas ad Auguſtæ ſedis Vræ. limina nunc ſiſto, Gratioſe audire, votique ſui humillimi participes reddere velit. Hoc ſi impetravero, nihil erit animi mei, quod pro Veſtra. Principum Maxime, Veſtræque Sereniſſimæ Familiæ, perenni conſervatione Deum Ter. Opt. Max. non implorabit, nihilq; erit virium mearum, quod ad Vræ. Ser. ſervitia humillima à me non adhibeatur. Sic Vivat! Potentiſſime Princeps, Serenitas Veſtra: valeat! vigeat! eam Deus diutisſimè ſervet!

*Potentiſſimæ Serenitatis Veſtræ*

*Devotiſſimus ac ſubjectiſſimus*

JOHANN. ADOLPH. Marſchall.

# I. N. D. N. J. C.

## PRÆLOQUIUM.

VIcariatus Vicariorumq; originem antiquiſſimam eſſe, vis vocis ipſa oſtendit; vicarium namq; dici omnem, qui vice alterius fungitur, nemo negabit; Nobis verò animus non eſt, promiſcuè de illis agere, ſed ſufficiet, *de eorum, qui ad imperii clavos ſedent, vicariis quid dixiſſe*; Sed nec hos omnes tangere nobis licebit, cùm alioquin exempla, tùm ſacra, in Republ. Iſraëlitarum; tùm profana in primis Monarchiis; Aſſyriorum, Perſarum & Græcorum, non deeſſent, niſi temporis & paginarum, huic diſſertationi deſtinatarum anguſtia prolixam eorum enarrationem excluderet. Proindè diſcurſum hunc diſpeſcemus in partem generalem & ſpecialem.

*Pars Generalis*

*exhibet*

## CAPUT I.

## In quo occurrit definitio.

NOminalem non curo ſolicitè, quia difficultatem nullam ſapit, cum enim VICARIUS dicatur is,

qui

qui vicem alterius gerit, *C. 1. d. off. vic. in 6.* Vicaria poteſtas erit, quæ vice ejus, qui ordinariam habet, ab aliquo exercetur: Varia verò cum ſint officiorum negotiorumque gerendorum genera; varii etiam erunt vicarii: alii in negotiis extrajudicialibus, iisque tum Sacris, de quibus. *t. t. de offic. Vicar. X. & in 6.* tum profanis, quales poſsũt eſſe mandatarii; Alii in judicialibus, ex parte vel litigantium; qui procuratores vocantur. *pr. Inſt. d. iis per quos ag. poſſ.* Vel judicis; quibus ſcilicet Judex aut Magiſtratus Jdictionem vice ſuâ exercendam, mandat, quales ſunt mandatarii Jdict. *t. t. ff. d. off. ejus cui mand. Jdict.* Hujus generis etiam ſunt Jure Canon. Judices delegati. *tit. X. d. off. & poteſtat. Jud. deleg.* Judices dati. *l. 18. pr. l. 46. d. Judic.* Judices ſpeciales *l. fin. d. off. Proc. l. 5. de off. præſid.* Porrò conſtituuntur aliquando in perpetuum, ut ſemper, quandocunq; opus ſit vicem ordinarii gerere, adſint; quales erant Legati Proconſulum. *tit. d. off. Proc. & leg. & in c. 3. & ulti. X. d. off. Vicar.* Aliquando verò ad tempus ſaltem. Sed hos omnes latius recenſere contra ſcopum noſtrum foret. Realem verò definitionem quod attinet, libet hanc tradere: Quod Vicariatus ſit: Jus repræſentandi, ſuſtinendique vices alterius, ordinariam poteſtatem habentis.

Ponunt alii generis loco ſpatium temporis: ſed ita relatio fit ad tempus, quando vicarii conſtituuntur, non ad perſonas ipſas, earumque poteſtatem.

Ponimus Jus, i.e. facultatem Juris, vel ab ipſo ordinario conceſſam, vel ab alio, qui utrumque: ordinarium & vicarium conſtituere valet.

Cum ponimus verba: ordinariam poteſtatem: Innuere volumus, nos non de omnibus, qui quocunque modo Vicarii dici poſſunt, hîc acturos; ſed de eorum ſaltem, qui poteſtatem & Jdictionem habent.

Verbis: repræſentandi &c. generaliter poſitis, ſignificamus: Vicarios hic intelligi non ſaltem defuncti, ſed omnium, officium ſuum vel per abſentiam, vel aliam ob cauſam obire impeditorum. Ex his verò etiam illos ſaltem attingemus, qui in Romanorum Monarchia tali titulo poteſtateque ornati fuiſſe videntur. In generali verò hâc parte percurremus Imperium Romanis adhærens, uſque tum illud Germanis ceſſerit. Id quod commodiſſimè fieri poſſe arbitramur, ſi diverſos ejus Status conſideramus. Tres verò à plerisque fieri videmus: Regium, Popularem & Monarchicum.

## Primum de Regio in
## Cap. II.

Regium vocant, quo Majeſtas penes Reges, quorum primus Romulus, ultimus Tarquinius ſuperbus, erat. Hîc primò occurrit Interrex: Qui defuncto Rege, antequam novus crearetur, regiâ cum poteſtate & inſignibus Imperio præerat. Hujus originem vetuſtiſſimam eſſe, ex *Dyoniſio lib. 2.* conſtat. Qui *ſequenti, inquit, anno*, poſt Romuli ſcil. obitum, *nemo Romæ regnavit,*

*vit, ad novum Interregum Magiſtratum delatâ adminiſtratione Reipub. in modum hunc: Ducenti patres conſcripti, ex quibus Senatus à Rege Romulo conſtitutus erat, diſtributi in Decurias, Decem viris ſorte committebant urbis Imperium. Hi non ſimul, ſed unus poſt alium quinis diebus lictores habebant, cæteraq́ insignia regia, quæ, ceu per manus tradebantur à primo deinceps, usq́ ad ultimum: tum quindeduanus ille Magiſtratus migrabat ad ſequentem Decuriam, & inde rurſum ad alium.* &c.

Secundo loco pono Præfectum urbi, non illum, qui ab Auguſto cœpit ordinari, de quo infra quid dicendum, ſed eum qui Regibus ob bellum ab urbe abſentibus, creari ſolitus eſt. Hunc Romuli tempore cœpiſſe, teſtis eſt *Tacitus qui lib. 6. c. 11. Annal. anteà,* inquit, *profectis domo Regibus ac Magiſtratibus; ne urbs ſine Imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet ac ſubditis moderaretur, feruntq́ à Romulo Dentrem Romulium, poſt abs Tullo Hoſtilio Numam Marcium, & ab Tarquinio ſuperbo Spurium Lucretium impoſitos.* &c.

## Cap. III.

## De Vicariis in ſtatu Romanor. libero.

Regibus ejectis ſub primis Conſulum temporibus eosdem Vicarios creari, mos erat. Nam cum Magiſtratus ordinarii abeſſent, & comitiis intereſſe non poſſent, ſive vitio creati abdicaſſent, neque placeret Dictatorem dici, tùm res ad interregnum veniebat: Et hi interreges, qui ſub conſulibus erant, eodem modo quinqueduanum habebant magiſtratum, ut illi ſuperiores; Sicut ex *Cic. lib. 7. famil. ad Trebat.* probat *Roſin. lib. 7. autiquit. Romanarum c. 16.* Iisdem temporibus antequam

Prætor Urbanus ordinaretur, ſupra dictus Præfect9 urbi ſolebat eligi: Sic enim *Dyonyſ. lib. 7. Ejectis autem Regibus,* inquit, *etiam à Conſulibus, ante inſtitutam Præturam quotieſcunq; ipſis ad bellum proficiſcendum erat, Præfecti urbis declarabantur, & domi relinquebantur, qui abſentibus Conſulibus munus conſulare in urbe obirent & Jus dicerent,* de quo etiam *l. 2. §. 33. d. O. J.* Et hic Magiſtratus *Teſte Roſino. lib. 7. antiquitat. Romana. c. 15.* non ut aliii Magiſtratus in Comitiis, ſed à Conſulibus eligebatur, habebatq; abſentibus Conſulibus, vel legibus ferendis, vel judicio exercendo, Jus Centuriatis Comitiis cum populo agendi. Deſiit verò creari hic Magiſtratus, poſtquam Prætor urbanus ordinari cœpit, cujus mentio in *l. 2. §. 27. d. O. J.* Non intelligo hic Prætores, ſtatim poſt ejectos Reges creatos, quo nomine Conſules fuiſſe primum deſignatos, patet ex *Novell. 25. præfat.* eò quod populo præirent, ſummæque rei præeſſent. *Varro. lib. 4. de ling. Latin.* Sed eos puto, qui avocatis belli cauſâ Conſulibus *An. urb. cond. 386.* inſtitui cœperunt, qui & ipſi ob id initio Vicariam poteſtatem habuiſſe non inconcinnè dici poterunt; cum vice Conſulū, ab urbe abſentium, Jus in urbe dixerint. *d. l. 2. §. 27. d. O. J.* conſentit *Liv. lib. 6. vid. Roſin. lib. 7. antiquit. Rom. c. 11.*

Uſitatum nihilominus etiam hoc tempore erat, ut Conſulibus latinarum feriarum (de quarum origine *Dionyſ. Halicarn. lib. 4. in hiſtor. Tarquin. ſuperb. vid. etiam Liv. lib. 32. 37. 41. Varro. lib. 59. d. ling. latin. Roſin. lib. 4. antiquit. Rom. c. 17.*) extra urbem celebrandarum cauſa, abſentibus, crearetur Præfectus urbi, qui ſaltem tempore latinarum Jus in urbe reddebat. *l. 2. §. 33. d. O. J. Vid. Aul. Gell. lib. 14. c. ult.*

Cap

## Cap. IV.

# De Vicariis in ſtatu Roman. Monarch.

Tandem introductâ à Cajo Julio Cæſare, ejusque ſucceſſore, Auguſto, Republ. Monarchicâ, interregum nulla amplius fit mentio. Præfectus urbi quidem ab Octavio Auguſto ex Conſilio Mecænatis reſtitutus dicitur apud *Svetom. in Auguſt. c. 39. Dion. lib. 52. Georg. Eberlin. d. O. J. c. 31.* Verum, hic non ut ſuperiores per abſentiam demum Magiſtratuum Remp. adminiſtrabat, ſed ordinarius Magiſtratus in urbe & extra eam, uſque ad centeſimum milliarium omnem fermè Jurisdictionem exercebat, ut patet *ex t. t. ff. d. offic. Præfect. urbi. vid. Pancirol. notit. Imp. occident. c. 4.* Non tamen Præfectus urbi latinarum cauſa, ſtatim eſſe deſiit, ſed ſub Auguſto & ſeqq. aliquot Imperatoribus adhuc fieri conſuevit. teſte *Roſin. lib. 7. antiquit. Rom. cap. 14. fin.*

Sub eodem Auguſto inſtituti ſunt Præfecti Prætorio, quibus initiò quidem militaris ſaltem poteſtas & cura competebat; præerat enim hic Prætorio (cujus appellationis rationem vid. *apud Aſcon. Pædian. quem allegat Roſin. lib. 7. antiquit. Rom. c. 37. & Dn. D. Struv. ad tit. d. offic. Præfect. Prætor.*) ſeu Tentorio Principis & militibus prætorianis, ſeu quos Imperatores ad ſui cuſtodiam allegerant; ejusque ex conſilio cuncta in bello gubernabat Princeps, utpote cui præſtabat id, quod Romulo Tribunus Celerum. *l. 2. § 15. d. O. J* Conſuli legatus, Quæſtor Prætori, Magiſter militum Dictatori. *d. l. 2. §. 19. d. O. J.* obque hanc immenſam po-

teſtatem duo ſunt creati, ut ſibi invicem obſtarent, ſi quid novi alter moliretur. *Dion. l. 55*; ſucceſſu verò temporis etiam civilia negotia tractare cœperunt ſummo cum Imperio, ita, ut vice ſacrâ judicantes *l. 16. d. appellat. Cod. Theodoſ.* Provinciasque ſibi ſubjectas gubernantes, Proximi à Principe, imò ejus Vicarii haud malè dici poſſint. *Caſſiodor. lib. 6. variar. Epiſt. 3.* Etenim *Regnavit Anno Chr. 163.* Imperator M. Antonius (referente *Capitolino in M. Anton.*) cœpit ſecum habere Præfectos Prætorio; quorum autoritate & periculo Jura dictabat. Poſt eum *Ann. 180.* Commodus Imperator, ut ipſe deliciis vacaret, Perennio, Præfecto omnes curas commiſit. *Lamprid.* Ex quo in tantum aucta eſt poteſtas, ut forma generalis ab iis data vim Juris haberet, juxta reſcriptum *Ann. 222.* Alexandri in *l. 2. C. d. off. Præf. Præt.* ſicut à ſententia eorum appellari non licebat, ut teſtis eſt *Arcadius Chariſius* (qui ſub Philippis Imper. vixit) *Ann. 244.* *in l. un. d. off. Præf. Prætor.* Cumque hactenus plerumque ſaltem unus, aliquando verò duo, rarò tres, ut ſub Commodo refert *Lamprid.* crearentur; invadentibus fines Imperii Romani Barbaris, plures pluribus Provinciis ſunt aſſignati. *Ann. 225.* Sic ſub Decio alius dicitur fuiſſe Orientis; ſub Vale- *Ann. 253.* riano alius Illyrici & Galliarum; ſed hi non erant certi, nec perpetui. *An. 306.* Tandem Conſtantinus, contra quem Prætoriani pro Maxentio ſtabant, poſt victum & occiſum Tyrannum, caſtro prætorio diruto, cohortes prætorianas, & cum illis Præfect. prætorio exauctoravit; ſic tamen, ut eorum potentiam diminueret, pro duobus quatuor

conſti-

conſtitueret, & civilia ſaltem negotia tractare juberet. Sic enim *Zoſimus lib. 2. Cum eſſent*, inquit, *duo præfecti Prætorio, qui hoc officium communiter gerebant, nec palatini tantum ordines eorum curâ poteſtateq́ gubernabantur, ſed etiam ii, quibus Urbis commiſſa erat cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim Præfectorum Prætorio Magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, annonas erogabat, & contra diſciplinam militarem admiſſa convenientibus pœnis corrigebat.* Conſtantinus *autem* ( diviſo Imperio in Orientale & Occidentale. *Vid. Pancirol. not. Imp. occident. c. 1.* translatâque ſede Imperiali Conſtantinopolim) *hunc Magiſtratum in quatuor Imperia* ( duos Præfectos Prætorio Orienti, totidem Occidenti præfecit) *diſcerpſit. Nam uni præfecto Prætor.io.* ( qui Orientis dictus, & numeroProvinciarum atque auctoritate eminens, primus appellabatur. *Pancirol. Comment. in notit. Imp. orient. c. 7.*) *totam Ægyptum cum Lybia, Pentapoli & Orientem ad Meſopotamiam usq́, & præterea Cilices, Cappadoces, Armenios, oramq́ maritimam totam à Pamphilia Trapezuntum usq́, & usq́ ad caſtella propter Pyſidem ſita, tradidit: eidem & Tracia commiſſa, & Myſia, Æmi ac Rhodopes ac Doberi oppidi finibus circumſcripta, præterea Cyprum adjecit, & Cyclades Inſulas, Lemno & Imbro & Samothraciâ exceptis*, (hæ omnes Provinciæ erant diviſæ in quinque latas Diæceſes, puta Orientem, Ægyptum, Aſiam, Pontum & *An. 456.* Thracias, quas etiam recenſet Leo *in l. 1. C. ut nemo ad ſuum Patrocin.* ac Zeno in *l. 10. C. d. num.* Quibus ſingulis præerãt magiſtratus majores, PræfectoPrætorio tamẽ ſub-

jecti,

jecti, ut Proconſul Aſiæ, vid. *Pancirol. not. Imperii orient. c. 101.* ſub quo tres Provinciæ, earumque Præſides: Comes Orientis. *vid. Pancirol. d. l. c. 104.* ſub quo XV. Præfectus Auguſtalis, ſ. Ægypti. *Pancirol. d. l. c. 117.* Sub quo VI. Tres Vicarii. *de quibus infra*; ut Aſianæ, Sub quo VIII. Ponticæ; ſub quo XI Thraciæ; ſub qvo VI. Provinciæ: ſic numero XLIX.) *Alteri* qui Illyrici ſcil. orientalis, aliud eſt occidentale, *vid. Pancirol. Comment. in not. Imp. orient. c. 23.* vocatus, & priori quodammodo adjunctus) *Macedones attribuit, & Teſſalos atq; Cretenſes, ac Græciam & circumjacentes Inſulas, Epyrum utramq;, Illyricos, Dacos, Triballos, & Pannonias, ad Valeriam usq; & Myſiam ſuperiorem.* (Hæ omnes provinciæ erant diviſæ in duas Diæceſes plurium provinciarum, quibus præerant duo Vicarii; alter Macedoniæ, ſub quo erant VI. provinciæ; alter Daciæ, ſub quo V. Provinciæ.) *Tertio* (qui appellabatur Italiæ & Africæ; primusque erat in occidente. Vid. *Pancirol. not. Imp. occident. c. 2.*) *totam Italiam & Siciliam & circumjacentes Inſulas, Sardiniam, Corſicam, Africam à Syrtibus Cyrenem usq;.* (Provinciæ huic Præfecto aſignatæ variabant; ſub Juliano Apoſtata, teſte *Ammiano. lib. 26.* erant tres nobiles diæceſes; utputa: Italia; ſub qua erant Provinciæ XVII. quarum X. gubernabantur à Vicario Romæ; reliquæ VII. à Vicario Italiæ, *de quibus infra.* Illyricū, occidentale ſcil. continens VI. Provincias, quibus præerat Vicarius Illyrici. *vid. inferius.* & Affrica, itidem VI. Provincias compre-

hendens

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0016-6

hendens, una parebat Proconſuli, de quo vid. *Panc. not. Imp. occ. c. 47*; reliquæ V. Vicario Affricæ, *de quo infrà.* Quarto (Galliarum dicto. vid. *Panc. not. Imp. occ. c. 3.*) *Transalpinas, Celtas, & Hiſpanos, cum Inſula Britannica commiſit.* (Quæ in tres Diæceſes diviſæ, quibus præerant totidem Vicarii. 1. Hiſpaniæ, ſub qua VII. Provinciæ. 2. Galliarum, ſub quibus XVII. Provinciæ. 3. Britanniæ, quæ in V. Provincias diviſæ, *de quibus itidem inferius*) *Hâc ratione diviſo præfectorum Imperio ſtudioſè conatus eſt, aliis quoq; modis eorum poteſtatem imminuere.* &c.

Sed quo progredior? nunquid ad nos prolixa hæc Antiquitatum hiſtoria? Sic cenſeo. Præterquam enim quod ex priſtinâ illa Imperii Romani dignitate præſentis Reipubl. notitiæ non parum lucis accedat, à ſcopo noſtro alienus non ſum, dum probatum eo, Præfectos illos Prætorio, haud male Vicarios Imperatorum dici poſſe. Ecquid enim ex ſublimi eorum dignitate aliud æſtimari poteſt, quam Imperatoriâ, vicariâ tamen poteſtate eos Diæceſes ſibi ſuppoſitas gubernâſſe, quas immenſam ob amplitudinem, diſtantiamque terminorum, Ipſi Imperatores, non poterant coercere? haud ſecus atque hodiè eâdem de cauſâ videmus Vicarios à Regibus in regna, provinciasque à ſede principali remotiores miſſos, obque id Titulo Vice-Regis decoratos. Ut ut enim poteſtas eorum non ubique, & ſub omnibus Imperatoribus eadem fuerit, magna tamen & ſublimis ſemper illa fuit: adeò ut à Juſtiniano in *l. 1. §. 1. C. d. off. Præfect.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0017-1

*fect. Præt. Affr.* maxima poteſtas prætoria appelletur. Titulis etiam ab Imperatoribus ornabantur variis: ut Magnitudo Tua, Sublimitas Tua; Ab Impp. Theodoſio, Valentiniano & Arcadio in *l. 3. C. d. off. Præfect. Prætor. Orient.* Magnificentia Veſtra, Celſitudo Veſtra. *in l. 2. C. d. offic. eor. qui vic. alie.* & à Juſtiniano in *l. 1. §. ult. C. d. offic. Præf. Præt. Affri.*

Sed quicquid de his, eorumque Titulis, & Appellationibus; Multos tamen ſub iisdem Vicarios fuiſſe, expreſſéque ita vocitatos eſſe, exinde conſtat. Hi namque Vices Præfectorum gerebant. *l. 1. §. 4. d. legat. 3. l. 19. C. d. appellat.* iisque præſentibus privati erant, teſte *Ambr. in Epiſt. ad Coloſſ. c. 2.* Creabantur verò à Principe, unde Vicarii Auguſtales vocantur à Juliano Imperatore. in *l. ult. C. de iis qui per met. Jud. non appell.* & vice ſacrâ ſententiam dicebant. *Caſſidor. lib. 6. Variar. d. Vicar. Præf. Urb.*

Erant autem eorum, ut ſupra dictum, quidam in Oriente; ut 1. Aſianæ, qui in Aſia minore, cis Taurum, octo provincias regebat, ut erant: Pamphylia, Lydia, Piſidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia ſalutaris, Lycia, Caria. Hunc verò Juſtinianus ſuſtulit, mutato nomine in Phrygiæ pacatianæ Comitis. *Nov. 8. c. illud tamen. 2.*

2. Ponticæ Diæceſeos, ut appellatur in *l. un. C. d. Comit. & Tribun. Schol.* undecim Provincias tenebat: ut Bythiniam, Galatiam, Paphlagoniam, Honoriadem, Galatiam ſalutarem, Cappadociam utramque, Helenopontum,

pontum, Pontum Polemoniacum, Americam primam, & ſecundam. Fuit etiam hic Præſes Galatiæ primæ, ſed Juſtinianus eum itidem abrogavit, ſubſtituto nomine Comitis Galatiæ primæ. *Nov. 8. c. hoc a. 3.* eundem tamen reſtituit in *Edict. 8. d. pontici tract. Vicario.* 3. Thraciæ Diecœſeos, qui præerat VI. provinciis, ut Europæ, Thraciæ (ſpeciatim dictæ. Vid. *Pancirol. d. notit. Imp. Orient. c. 132.*) quatuor Præſidibus Hœmi Montis; Rhodopæ, Mæſiæ ſecundæ ſeu inferiori, & Scythiæ. Huic quoque ſublato à Juſtiniano Prætor Thraciæ ſubſtitutus eſt. *Nov. 26.* 4. Macedoniæ, ſub quo VI. Provinciæ: Macedonia prima, Creta, Teſſalia, Epirus vetus, Epirus nova, & pars Macedoniæ ſalutaris. Imperante Gratiano, (ſub quo mentio fit hujus Vicarii. in *l. 6. C. d.* *an. 337.* *feriis.*) Macedonia à Barbaris vexata fuit, à Theodoſio M. liberata; mox verò penitus amiſſa, adeoque Juſtiniani tempore ejus nulla fit mentio, licet ſub Impp. Leone, & Zenone officium ejus adhuc deſcribatur in *an. 473.* *l. ult. C. d. diverſ. offic. lib. 12.* 5. Daciæ (novæ ſcil. ſeu inferioris, nam vetus illa jam Galieni tempore amiſſa fuit, ab Aureliano verò poſteà planè devaſtata. Vid. *Pancirol. not. Imp. orient. c. 138.*) quæ V. Provincias habebat; Duas Dacias; Mediterraneam, *cujus mentio in l. 4. C. d. metall.* & Ripenſem, *cujus mentio in l. 8. C. d. inoff. teſtament.* Mæſiam primam, Dardaniamque. *d. l. 4. C. d. metall.* & Prævalitanam, hujus meminit *Nov. 11.* & appellatur Juſtinianea. *Nov. 131. c. 3.* Cui jungebatur pars Macedoniæ ſalutaris.

Hi erant Vicarii in Oriente. In Occidente occurrunt 1. Vicarius Urbis Romæ, cui ex ſedecim

Italiæ Provinciis decem ſuberant, ut: Campania, Tuſcia, Umbria, Picenus Suburbicanus, Sicilia, (quæ omnes â Conſularibus gubernabantur.) Apulia, Calabriaque, Brutorum, & Lucania (quibus præerant Correctores) Samnium, Sardinia, Corſica, & Valeria (quæ Præſidibus ſuberant.) Hujus *in Cod. Theodoſ.* crebra fit mentio. *in l. 2. d. inceſt. nupt. l. 21. d. appellat. l. 77. d. Decurion. l. 6. ad Leg. Jul. d. adulter.* Diciturque cauſas civiles & criminales vice ſacrâ, i. e. juſſu Principis, non ſolùm in urbe, ſed etiam extra, intra quadrageſimum lapidem judicaſſe. *Caſſiodor. in form. Præf. Vrb. & in form. Vic. Vrb.* 2. Vicarius Italiæ, cui rèliquæ VII. Italiæ Provinciæ, ad occidentem ſitæ, ſuberant, ſub duobus Conſularibus; quorum unus præerat Venetiæ, Iſtriæque; alter Æmiliæ, Liguriæ & Flaminiæ cum Piceno; & tribus Præſidibus ſcilic. Alpium Cottiarum, Rhetiæ primæ & ſecundæ. Hujus mentio fit in *l. 1. C. ſi quis eum cui tut. l. 3. C. d. agric. & Cenſ. & Cod. Theodoſ. l. 4. d. privil. eorum qui in ſacr. palat. mil. l. 3. d. curſ. publ. l. 10. d. luſtr. collat.* 3. Vicarius Illyrici (occidentalis ſcil. vid. *Pancirol. notit. Imp. occid. c. 23. & c. 63.*) cui VI provinciæ parebant: Pannonia prima, *nunc Auſtria dicta,* & ſecunda, *nunc Boſina & Servia,* Noricum mediterraneum, & Ripenſe, Savia, *nunc Croatia* & Dalmatia. Hujus verò, cum ſub Theodoſio Juniore ut & Valentiniano & Martiano Impp. Illyricum maximam partem ab Hunnis devaſtaretur, teſte *Paulo Diacono lib. 14. 15.* mentio Juſtiniani tempore non fit.

4. Vicarius Africæ, qui V. Provincias tenebat: Byzatium, (cujus mentio in *l. 1. C. de off. com. rer. priv. l. 25. C. d. Decur.*) Numidiam, (cujus legati mentio in *l. 7. d.*

*degat.*

*ſegat.præſt.contr.tab.bonor.] poſſ.l.28.C.d.adulter.)* Tripolitanam, Mauritaniam Sitifenſem, & Mauritaniam Cæſaream. Alii addunt ſextam; Africam propriè dictam. Hujus Vicarii mentio fit in *l. 2 c.d.lucr.advoc.* ſub Conſtantino. *l.pen.C.d.dilat.* ſub Juliano. in *l.7. C.d. ædific.priv.* ſub Valentiniano. *l.6.C.d.annon. & trib. l.8. C.d.J.fiſc.* Occupata verò à Barbaris Africâ, Vicarius hic deſiit, imprimis tempore Genſerici, qui totum fermè Occident. Imper. delevit. Juſtinianus verò poſt annum 95. Affricam à Wandalis recuperavit, & in propriam præfecturam prætorianam mutavit. *t.t.C. d.off.Præf.Præt.Afr.*

V. Vicarius Hiſpaniarum, ſub quo VII. Provinciæ, à Conſtantino factæ, erant: Luſitania, Betica, Gallacia, Carthaginenſis, Tarraconenſis, Tingitana, & Balearis. Mentio fit hujus Vicarii ſub Conſtantino. in *l. 2. C.ubi Senat.vel Clar. l.16.C.d.donat.ante nupt. l.14. C.d.fid. inſtrum.* ſub Arcad. & Honor. in *l.ult.C.quorum bonor.* Sed & hæ Provinciæ partim à Barbaris occupatæ Juſtiniani tempore tenebantur.

VI. Vicarius Galliarum; qui XVII. Provincias, in quas Gallia à Conſtantino diviſa erat, tenebat. Viennenſem, Lugdunenſem, Germaniam primam & ſecundam, Belgicam primam & ſecundam, Alpes maritimas & Pæninares, Maximam Sequanorum, Aquitanicam primam & ſecundam, Novem populanam, Narbonenſem primam & ſecundam, Lugdunenſem ſecundam & tertiam, Lugdunenſem Senoniam. Vid. *Panc.Not.Imp.Occid.*

 *c.68.*

*c. 68.* Cæterum *Ann. C. 408.* Wandali & Alani Rhenò trajecti intrarunt Gallias, & ſexennio poſt, Gothi, ſub Rege Ataulpho. Hos ſecuti Burgundiones, & demum Franci, quorum Dux Feramundus primus ſe Franciæ Regem appellavit. *An. 420.* Tandem Clodoveus, Syagrio, Egidii filio, Præfecto Præt. occiſo, Imperii Romani milites & Magiſtratus è Galliis penitus expulit.

VII. Et ult. erat Vicarius Britanniæ, in V. Provinc. à Conſtantino diviſæ, ſunt: Maxima Cæſarienſis, Valentia, Britannia prima & ſecunda, & Flavia Cæſarienſis. Sed & hæc Diœceſis Iuſtiniani tempore, Imperio Romano non amplius parebat. Hujus ergo Vicarii mentio ſub eo non fit.

Atque hæc dicta ſunto de Vicariis, Vicariâve poteſtate decoratis in Imperio Romano antiquo, uſque ad tempora fermè Iuſtiniani Imper. & paulo poſt ipſum. Nam ſeqq. ſub Impp. Romanum Imp. nimium quantum diminutum fuit. Occidentale quidem jam ante Iuſtinianum decreſcere, & tantum non deleri cœpit, imprimis cum poſt Valentiniani, qui in Occidente ſedem habuit, obitum, Italia (in qua unica fermè Occid. Imp. tunc temporis hærebat, utpote Africâ à Wandalis, Galliâ verò à Gothis, Francis, & aliis populis jam occupatis) ab Odoacro, Herulorum, poſtea verò Italiæ Rege dicto, occuparetur. *Sigon. lib. 15.* Et quamvis Juſtinianus illud quodammodo reſtaurâſſe videretur, hinc præfecturæ Italiæ mentio fit in *Nov. 70. c. 1.* Maxima tamen pars Italiæ manſit ſub Barbaris Regibus,

gibus, uſque ad Pipini, ejusque Filii, Caroli M. Regum Franciæ, tempora; à quibus tandem cum Occidentali Imp. ad Germanos translata eſt. Orientale verò poſt Juſtinianum aliquandiu floruit, ſed ſub Heraclio diminui cœptum. Vid. *Marſil. Patavin. d. trnnslat. Imp. c. 3. Pandulph. de Columna, de translat. Imp.* indies magis magisque decrevit, donec tandem ab acerbiſſimo Chriſtiani nominis hoſte penitus occupatum & deletum fuerit.

Tandem (penè omiſiſſem) Vicariorum, & quidem univerſalium, locum obtinent, ac proinde Regi Romanorum hodiè eligi ſolito, comparari poſſunt, Coadjutores ſeu Coimperantes, quos Impp. Romani ſibi adjungere ſolebant: Ita Marcus Antoninus Philoſophus (quem providentiſſimum Principem & Juris religioſiſſimum vocat Papinianus *in l. unum ex familia. 67. ult. d. legat. 2.* & conſultiſſimum Imperatorem Gordianus in *l. 3. C. d. teſtam.* Item prudentiſſimum, ſanctiſſimum ac Philoſophiæ plenum Imp. Juſtinianus in *l. cum Silanianum. 11. C. d. his quibus ut indign.*) Antonium Verum, Fratrem ad Imperii partem adſcivit *An. C. 163. Jul. Capit. in M. Ant. Philoſph.* ibi. *Antonius fratrem ſibi participem, poſt exceſſum D. Pii à Senatu coactus regimen publicum capere, in Imperio deſignavit, quem Luc. Aurel. Verum Commodum appellavit, Cæſaremq́; atq́; Auguſtum dixit, atq; ex eo pariter cœperunt Rempubl. regere; tuncq́; primum Romanum Imp. duos Auguſtos habere cœpit &c.* Hi ſunt illi Impp. qui in LL. divorum fratrum nomine veniunt.

*l. 3. §. f. d. teſt. l. divi fratres. d. pœn. l. 2. pr. d. effract.* Simili modo videmus in inſcriptionibus LL. Cod. duorum ſæpè pluriumque Impp. nomina poni. (cujus rei rationem vid. ap. Gothofred. Diſcurſ. hiſtor. ad L. quis quis. 5. c. ad L. Jul. Majeſtat.) Sic aliquando Gratianus, Valentinianus, Theodoſius & Arcadius Impp. ſimul nominantur. *V. l. 1. C. d. offic. Magiſtr. milit. Jung. l. 2. C. d. offic. Magiſtr. offic. l. 4. C. de offic. Pr. Urb. l. un. C. d. his qui ad ſtatuas confug: l 3. C. d. off. Præf. Præt. Orient. l 5. C. d. diverſ. reſcript. l. un. C. d. SCt.* &c. Sic Juſtinianus ab Avunculo ſuo Juſtino in Imperij conſortium adoptatus legitur. *V. l. 2. C. de mandat. Princip.* Appellantur hi à ſcriptoribus adminicula aulæ, ſubſidia dominationis, Illuſtribus quoque titulis ſalutabantur: Principes juventutis; heredes & conſortes Imperii; Auguſti & Cæſares; Germanici; temporibus Juſtiniani: Nobiliſſimi Vid. *Henricus* Zöllner. *d. Reg. Rom. Elect. Concl. 5. lit. E.* Tantum de parte Generali.

*Pars*

PArtem Specialem exordiemur à Carolo M. Pipini, Francorum Regis Filio, cujus virtute occidentale Imperium (orientali tum præerat Conſtantin9 Porphinogen. ejusque mater, Irene) cum Italiâ (quod enim de Conſtantini donatione, Sylveſtro Papæ facta, Papiculæ adulatores circumferunt. *Vid. Ulrich. Huten. in libell. Laurent. Vallæ contr. effict. Conſtan. Donat. ad Leon. X. Pontificem, præfat.* commentum magis eſt, quam ut ſpeciem ullam veritatis habeat. *Vid. Laurent. Vallæ, Patricii Romani de falsò credita Conſtant. Donat. Declamatio. Arniſæ. c. 6. d. Donat. Conſtant.*) non ad Gallos, ut opinatur *Tholoſ. lib. 7. d. Republ. c. 10. Bodin. in method. hiſt. c. 6*; ſed ad Germanos. *Michael Coccin. d. Imper. à Græcis ad Germ. translat. Arniſæ. lib. 7. d. translat. Imp.* translatum, ampliſſimisque limitibus terminatum; adeò ut non ſolum ea, quæ antiqui occidentalis Imperii erant, maximam partem complecteretur; Verum etiam variis Regnis & Provinciis antea invictis, auctum fuerit. Vid. *Limn. d. J. Publ. lib. 1. c. 9. Zachar. Victor. d. cauſis exemt. Imp. concl. 1.* Quamvis verò ſub Impp. Germanis, diverſo à Romanis regimine Reſpubl. adminiſtraretur. *Vid. late Chriſtoph. Lehm. Chron. Spirenſ. lib. 2. c. 1. & ſeqq.* Vicariorum tamen ordinatio tantum abeſt, ut Germanis fuerit incognita, ut potius majori dignitate Majeſtateque fulgeſcere videantur, quàm Romanorum illi. De horum itaque Majeſtatico regimine pro ingenii mei viribus dicendum propoſui. Membra verò ſeqq. conſtitui poſſe arbitro.

I. Exponet Definitionem Vicariatus, Vicariorumque diviſionem. II. Perſonas Vicariatum gerentes. III. Tempus exercendi Vicariatum. IV. Locum ubi Vicariatus geritur. V. Ipſam Vicariorum poteſtatem. VI. Vicariatus finitionem, quæque eam inſequuntur.

## CAP. I.

## De Definitione Vicariatus, Ejusque Diviſione.

Generalem ſuperius traditam definitionem huc applicaturi dicimus: Vicariatum eſſe Jus Imperatoris demortui, vel per abſentiam, aliamque graviſſimam cauſam impediti vices ſuſtinendi, certis perſonis ex L. Imperii competens. Cum dicimus: Jus: eadem nos movet ratio, quæ ſuperius: Vicariam enim hic poteſtatem, Jure competentem deſcribere, non tempus ſaltem, quo Vicarii exiſtunt, indigitare volumus. Verbis: per abſentiam, aliamque graviſſimam cauſam impediti: exprimitur tempus, quo actu exercetur hoc Jus, de quo in cap. 3. Porrò verb. vices ſuſtinendi: innuunt poteſtatem ipſam, de qua c. 5. Verbis: certis perſonis: notatur, non promiſcuè hodiè aſſumi, ut olim in Vicarios, ſed dignitatem hanc eſſe certis perſonis annexam, ut ex c. 2. conſtabit. Tandem verba: ex L. Imperii: ſignificant: ſingularem planè in noſtro Imperio eſſe poteſtatem Vicariatus, ſecundum Imperii LL. (Auream B. ſcil. illaque privilegia & conſuetudines quibus Vicariatus in noſtro Imperio fundatur, ſicut ex

dicen-

dicendis apparebit) ſuſcipiendam, adminiſtrandam & finiendam, longeque aliam eſſe à priſtina illa, de quibus in generali parte dictum, Vicariorum conditione.

Dividi poteſt ratione ſubjecti in Univerſalem; quæ Regi Romanorum, Imperatore vivente, electo, nec non Sereniſs. Electoribus: Palatino & Saxoni, in univerſo Imperio competit; & ſpecialem, quæ aliis quibusdam Vicariis in ſuo ſpecialiter aſſignato Imperii diſtrictu decernitur. Sicut id clarius patebit ex ſeq.

## Cap. II.

## De Perſonis Vicariatum Gerentibus.

Duplices plerique faciunt Vicarios; Univerſales, qui ſunt: Rex Romanorum & EE. Palatinus & Saxo; atque Particulares, qui in quibusdam Provinciis hoc titulo decorati cernuntur. Arrogat quidem vacantis Imperii Vicariatum ſibi Pontifex Romanus. *c. licet. 10. d. for. compet. c. ad Apoſtolicæ. 2. de ſent. & re judic. in 6. Clem. 1. d. Jjur.* Cui adſtipulantur, præter *Bellarm. lib. d. Pontif. Rom.* etiam *Tholoſ. lib. 6. d. Republ. c. 5. num. 7 Mart. Neapolitan. d. Jdict. part. 3. c. 28. num. 16. part. 1. c. 26. n. 5. P. d. Andlo. d. Imp. Rom. lib. 2. c. 10. Reſtaurus Caſtaldus d. Imper. quæſt. 90.* nixi falſa illâ hypotheſi, quod Imperium immediatè ab Eccleſia dependeat, ac proinde ſede vacante ad illius Jurisdictionem redire debeat. *c. ſi fratrem. ne ſed. vac. in Extravag.* quo capite per Johann. XXII. Auream Bull. quoad hoc, tanquam in præjudicium Apoſtolicæ Sedis conditam, revocatam fuiſſe falsò aſſerit

*Marta Neapol. d. Jdict. p. 4. caſu 197. cent. 2.* Cum A. Bulla aliquot annis poſt Johan. XXII. obitum ſit confecta. *Arum. Diſcurſ. 24. ad. c. 5. A. B. Limn. Jur. publ. lib. 3. c. 12. n. 11. 12.* Verum præterquam, quod horum aſſertio nullo veritatis fundamento ſolido nitatur *vid. Rumel. Diſſert. 4. ad A. B. th. 12. Fernand. Vaſq. lib. 2. c. 22. n. 3. controverſiar.* Capitulum etiam illud Johan. XXII. tanquàm domeſticum ab Imper. Ludovico Bavaro *an. 1339.* publicâ conſtitutione Imperii ſit rejectum. *vid. Goldaſt. T. 3. conſt. Imp. An. 1339.* ipſi Canoniſtarum jactationi, quâ Papam Imperatori ſubjectum negant, adverſatur; Cum omnis Vicariatus præſupponat ſuperioritatem ejus, cujus vicem gerit. *Job. Bodin. l. 1. d. Republ. c. 9. n. 127. Reinh. König. in Theatr. polit. part. 1. c. 31. n. 11.*

His igitur miſſis, dicimus: Regem Romanorum vivo Imperatore creatum, univerſalem Imperii Vicarium eſſe. Receptum hoc eſt ad exemplum Impp. Romanorum, adjutores ſibi adoptantium. Non equidem Rex Romanorum in conſortium poteſtatis eligitur; ſed ut ſit perpetuus Imperii Vicarius, & abſente Imperatore atque impedito, imperium regat ac moderetur. *Thom. Michael d. Jdict. Concl. 29.* Tales fuerunt Maximilianus I. Friderico III. Ferdinandus Carolo V. Maximil. II. & Rudolphus II. parentibus ſuis vivis; Ferdinandus III. Ferdinando II. adjuncti. Appellatio Vicariorum etiam hincinde occurrit. Sigiſmundus in Conſt. d. pace Budæ cum infidelibus factâ *ann. 1403. apud. Goldaſt.*

*conſt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0028-2

*conſt.Imp.p.417.* ſcribit, ſe Sacri Rom. Imp. Generalem Vicarium & Regni Bohemiæ Gubernatorem; quem titulum repetit in Decreto *an.ſeq.1404.* edito *apud Goldaſt.conſt.Imp.p.429.*

Quando vero Rex Romanorum hic creari cœperit, inter Scriptores non conſtat; Quidam ad Caroli IV. tempora originem referunt, ſtatuuntque in A.B. primum morem creandi Regis Rom. introductum eſſe; Alii verò à Carol. M. Pipinum, primogenitum, Italiæ Regem, vivo ſe denominante, originem deducunt, exempla adducentes in Lothario, primogenito Ludovici Pii, & Ludovico, primogenito Lotharii. Ottone II. Henricis IV. & VI. ut & Conrado; qui omnes vivis parentibus & Anteceſſoribus electi ſunt Reges Romanorū. Atque hi in A. B. Reg. Rom. electionem non probari aſſerunt. *Limn. J.publ.lib. 2.c.15.* quod tamen *Arum. Diſc. ad A. B. 2 th.13.* affirmat, per verb. *A. B. c. 1. pr. quotiescunque & quandocunque futuris temporibus neceſſitas &c.* cui etiam contra *Limn.* adſtipulatur *Carpzov. d. L. Reg. Germanor. Sect. 3. c.11 n. 19.*

Eligitur verò Rex Romanorum ab iisdem, eodemque modo, ut Imperator ipſe. *vid. Henr.* Zöllner. *d. Reg. R. elect. concl. 10. lit. C.*

Præter Regem Romanorum univerſales etiam Vicarii ſunt: Sereniſſimi duo Electores, Palatinatus & Saxoniæ per text. *A.B. c.5.* ibi: *Quotiens inſuper ſacrum vacare contingit Imperium, Illuſtris Comes Palatinus*

*Rheni, Sacr.Rom.Imperii Archidapifer ad manus futuri Regis Romanor. in partibus Rheni & Sueviæ, & in Jure Franconico, ratione Principatus ſeu Comitatus Palatini, privilegio eſſe debet proviſor Imperii, cum poteſtate &c.* Et paulò poſt: *Et eodem Jure proviſionis Illuſtrem Ducem Saxoniæ, Sacri Imp. Archimarſchallum frui volumus, in illis locis, ubi Saxonica Jura ſervantur, ſub omnibus modis & conditionibus, ſicut ſuperius eſt expreſſum, &c.*

Multum vero hic diſquiritur inter ſcriptores: Quî factum, ut, cùm alias ſede vacante capitulum ſuccedat in adminiſtratione & Jurisdictione. *c. his quæ. II. c. cum olim. 14. d. major. & obed.* quâ ratione dicendum foret: Vicariatum Imperii ad totum EE. Collegium ſpectare. *Mandel. conſil. 61. n. 8. 9. Schrad. conſ. 7. n. 29.* ſicut antiquiſſimis temporibus ad univerſos Proceres Regni. *Gunther. lib. 1. in Ligur:* quem allegat *Arumæ. Diſcurſ. 3. th. 24. ad c. 5. A.B.* Id tamen, ſicut in aliis Chriſtianis Regnis; (puta in Hungaria; ubi Palatinus. *Goldaſt. T. 3. Conſt. Imp. fol. 403.* in Polonia; ubi Archiepiſcopus Gneſnenſis. *Thuan lib. 56. ann. 1573. & in Theſaur. Polit. diſcurſ. d. Interr. Polon.* Vicarii conſtituuntur,) Ita in Imperio, noſtro non obſervatur, ſed antiquiſſima conſuetudine ad duos Sereniſs. EE. non ſine graviſſima cauſa, vid. *Brautlacht. ap. Arum. Tom. 3. Diſc. 1. th. 14. 15.* pervenit. Conſuetudinẽ ortam fuiſſe tardunt ab antiquiſſima Palatinorum poteſtate dignitateq;, quam apud Franciæ Reges obtinuerunt. De quibus *Hincmar. c. 21. Comitis autem Palatii inter cætera pene innumerabilia, in hoc maxime ſolicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis*

*æquitatis judicium, Palatium aggrediebantur, juſtè ac rationabiliter determinaret, ſeu perverſè judicata ad æquitatis tramitem reduceret, ut & coram Deo propter Juſtitiam, & coram hominibus propter Legum obſervationem cunctis placeret.* Imò ex ſocordia Regum, ipſis omnes curas demandantium, in tantum excrevit potentia eorum, ut ipſis poteſtas Regia, Regibus ſaltem nomen manſiſſe videretur. *vid. Chriſtoph. Lehm. Chron. Spirenſ. lib. 3. c. 17. 19. 20. Otto Friſing. 5. chron. c. 13.* Hac ratione, inquit *Freher. in Not. ad Petr. d. Andlo lib. 2. c. 10. factum, quod præ aliis hi duo Palatini, Rhenenſis & Saxonicus (qui & ipſe Palatini titulo ab antiquo gaudet) totius Imperii Vicariam adminiſtrationem diviſis inter ſe limitibus, meruerint. Cum enim Imperium Romanum quale tunc erat, in duo regna eſſet diviſum, Lombardicum & Teutonicum; Teutonicum autem duplici jure regeretur, Francico & Saxonico; Quorum hoc Gentem Saxonicam ad mare Balticum, & Sarmatiam, illud tractum Rheni, Franconicum & Sueviam, ſub qua etiam Bavariam, Auſtriamque, ad Alpes uſq; complectebatur, conveniens viſum eſt, ut duo illi Palatini, ceu proximi à Cæſare, eo abſente vel mortuo, vice ſacra totum Teutoniæ (quod κατ' ἐξοχὴν Imperium vocari ſolet) gubernarent. Quod à majoribus procul dubio ita inſtitutum Carolus IV. Imperator in Comitiis Imperii apud Norimbergam confirmavit, & Aureæ illi Bullæ non inatim inſeruit.* Ex hiſce à Juris publ. peritiſſimo traditis apparet, Sereniſſimo Elect. Saxoniæ non demum per *Auream B.* ut ſtatuit *Buxdorff. Diſſert. ad A. B. th. 56.* quem ſequitur *Dominic. Arum. ad c. 5. A. B. th. 25.* conceſſum, ſed jam antiquitus eodem Jure, quo Palatino competiiſſe. Ut ut enim exempla ſuſcepti Vicariatus

riatus ante A.B. apud Hiſtoricos non exiſtant; negativa tamen exinde concluſio firmiter vix poterit deduci. Et Ludovicum Bavarum Ludovici Palatini filium Conſtitutione ſua, quam *an. 1339.* promulgavit, & ad quam A.B. procul dubio reſpexit, Familiæ ſuæ faviſſe non dubitatur. Cæterum adminiſtrati Vicariatus à Palatino exemplum vetuſtius non extare ajunt, quam quod mortuo Rudolpho I. *Aventinus refert lib. 7. Annal. Bajor. vid. Buxdorf. d. t. 16.*

Particulares Imperii Vicarii & ipſi perpetui ſeu hereditarii varii recenſentur. Tales in ſuis territoriis ſe venditant (1) Dux Mediolani: cui ab. Adolpho privilegium perpetui Vicariatus datum. *Carol. Sigiſm. lib. 20. d. Regn. Ital. Ann. 1286.* Idemq; à Carolo IV. confirmatum ait *Cuſpin. in Carol. IV. Petra de poteſt. Princ. c. 3. q. 4. n. 37.* (2) Dux Sabaudiæ, poſtquàm Amedæus à Carolo IV. Vicarius Imperii in ſuis ditionibus creatus eſſet, *Paradinus Hiſtor. lib. 1. c. 26. & l. 2. c. 14.* hôc titulô ſemper uſus eſt. *Marta Neapol. d. Jdict. p. 1. c. 33. n. 71. Bodin. lib. 1. d. Republ. c. 8.* (3) Dux Mantuæ. *Petra d. c. 3. q. 4. Roland. à Val. d. lucr. dot. q. 3. n. 13.* (4) Dux Montisferrati. *Scip. Gentil. d. Jdict. l. 2. c. 9. Nat. conſ. 639. n. 71.* (5) Mutinæ & Rhegii. *Frid. Schot. tom. 1. lib. 6. Reſp. 28. n. 114. Fulv. Pacian. conſ. 60. n. 20. conſ. 62.* (6) Delphinus in Regno Arelatenſi, ut tradit *Bodin. lib. 1. d. Republ. c. 8. n. 126.* Olim Delphinatus gubernatores Vicarios Imperii fuiſſe tradit *Wolph. Laz. in addit. ad Cuſp. Guid. Papa. deciſ. 183. 194.* Sane Carol. IV. cum

*Anno*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0032-4

*An. 1378.* in Galliam tranſiiſſet, Regis in gratiam Delphinum cõſtituit Vicariũ imperii generalem Regni Arelatenſis. *Limn. J. publ. lib. 3. c. 12.* Carolum VI. Delphinum, Galliarumq; Regem, imperii Vicarium per Regnum Arelatenſe fuiſſe, patet ex duabus ejusd. Regis *Conſtitut. d. An. 1406. & 1407.* editis, apud *Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imper. dd. annis. (7.)* Hugo Marchio Brandenburgenſis dicitur Imperii Vicarius fuiſſe in Tuſcia & Hetruria. *Ann. 997. Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imp.* Ita in concedendo Vicariatu anteriores Impp. nimis indulgentes fuiſſe, patet; poſteriores verò è re Imperii non eſſe animadvertentes, indulgentiam hanc reſtrinxêre. *vid. Arum. Diſc: 3. ad A. B. th. 26.*

Præter hos aliquoties ad tempus olim conſtitutos fuiſſe Vicarios ex Hiſtoricis conſtat; eosque modò univerſales: Sic Fridericus I. coronæ Imperialis capiendæ cauſa in Italiam proficiſcens, Uladislaum Bohemum. *Dubrav. in hiſtor. Bohem. lib. 12. fol. 109.* & in terram ſanctam abiens, Henricum filium. *Bruſ. lib. II. p. 2. c. 19. Sigon. lib. 15. d. reg. Ital.* Fridericus II. bellis Italicis implicatus, Albertum Magdeburgenſem. *Spangenberg. Chron. Mansf. c. 151.* Henricus VII. itidem in Italiam coronæ capeſſendæ gratia abiens, Johannem filium. *Dubr. Hiſtor. Bohem. lib. 28.* Ludovicus Bavarus Eduardum III. Angliæ Regem. *Cuſpin. in Lud. Bav. fol. 377. Froſſard. lib. 1. c. 33.* (qui etiam in Conſtitut. quadam ad Pap. *Ann. 1344.* Vicarium univerſalem ſe ſcribit; ut ut *Goldaſt. ad d. Conſt.* quam *Tom. 3. Conſt. Imper. d. An:* exhibet,

hibet, eum ſaltem per Galliam & Regnum Arelatenſe, Vicarium creatum fuiſſe tradat) **Imperii Vicarios** conſtituerunt. Ita **Sigismundus** in Conſtitutionibus duabus *Ann. 1403. & 1404 à Goldaſt. Tom. 3. Conſt. Imper. dd. ann.* exhibitis, ſe **Generalem Imperii Vicarium** nominat, quique Imperator *An. 1411.* factus, contra Bohemos belligeraturus, **Cunradum** E. Moguntinum **decennalium Vicariũ** eſſe juſſit. *Nicol. Serar. rer. Mogunt. lib. 5. in Archiepiſc. 48.* Pari modo **Carolus V. Ferdinandum**, fratrem **Vicarium** conſtituit. *R. J. d. An. 1521.* Quid? quod **Pontifex** quoq; non ſolum generales Eccleſiæ Vicarios; ut erat **Robertus** à Clemente V. contra **Henricum Lucelburgenſem** creatus. *Arniſæus d. J. Maj. lib. 1. c. 5.* ſed & novo exemplo ortis in Germania diſcordiis, **Urbanus IV. Carolum Andegavenſem**, Regem Siciliæ, & *An. 1285.* Honorius IV. Pinzivallum Fliſcum, Genuenſem. *Gerhardus de Roo lib. 1. Annal. Hiſtor.* conſtituit **Imperii generales Vicarios**. Illiusmodi tamen Vicariorum ordinationem ordinariis Vicariis, EE. non præjudicare, ex *cap. ſeq.* patebit.

**Modò particulares:** Sic **Otto I.** Ottonem, Comitem quendam in Lotharingia. *Münſter. lib. 3. Coſmograph. c. 19. in Ott. I.* **Henricus IV. Ottonem**, Bojariæ Ducem, in Saxonia. *Spangenberg. Chron. Mansfeld. c. 295.* **Fridericus II. Robertum** Caſtilloneum, per Bicenum. *Cruſ. lib. 2. p. 3. c. 4.* **Rudolphus I. Napum**, Mediolani. *Carol. Sigon. lib. 20. d. regn. Ital. An. 1274.* **Henricus VII.** ſingu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0034-5

ſingulis civitatibus Lombardiæ. *Cranz: lib. 9. rer. Sax. c. 11.* Speciales Vicarios conſtituerunt.

Sed miſſis omnibus, ſaltem de univerſalibus Imperii hodierni, Rege Romanorum ſcil. & Sereniſs. EE. Palatino Rheni & Saxoniæ in ſeqq. dicemus. Ubi ante omnia notandum occurrit Tempus, quo Vicariam hanc poteſtatem exercent, de quo

## CAP. III.

## De Tempore Vicariatus exercendi.

Tempus quo Rex Romanorum eligitur, certum non eſt expreſſum; ſed ex neceſſitate & utilitate Romani Imperii dependet. Id ſanè conſtat, defuncto Imperatore Regem Romanorum poſtea in Imperatorem evehendum eligi. *A. B. tit. 1. pr. & tit. 2.* Patet hoc etiam ex Capitulationibus, in quibus verba: Römiſcher König/ habentur; quia in illas jurat electus in Regem Rom: antequam in Imperatorem provehatur. *vid. Capitul. Caroli V.* §. Wir ſollen/ 30. ubi Königliche Krohn/ und Käyſerliche ſibi opponuntur. *vid. Limn. ibid. & ad* §. *1. verb.* Römiſcher König. *n. 4. & ſeqq.*

Sed cum hic verè Imperator ipſe ſit, de hoc nulla hic erit quæſtio: Sed de illo, qui vivo Imperatore ab EE. eligitur, ut abſente Imperatore atque impedito Imperium regat ac moderetur. Vocatur aliquando & Rex Germaniæ, *R. J. Spir: d. An. 1542. & R. J. Norimb. An. 1555. pr.* Hoc ipſum quidem, poſſe ſcilic: vivo

Imperatore eligi Regem Romanorū, multi impugnant, nixi *A. B. quæ c. 1. §. cum autem. & c. 4.* eo ſaltem caſu permittat Regem Roman: eligi, ubi Imperator in fata ceſſerit, quo fundamento Ferdinandi electionem Elector Saxoniæ, & ſocii fœderis Schmalcaldici graviter impugnant. *Hordl. d. cauſ. bell. Germ. lib. 4. c. 9. Schleidan. Comment. lib. 7. Add. Diſcurſus:* Ob bey Lebzeiten eines Käyſers könne ein WahlTag angeſtellet/ und ein Röm. König erwehlet werden. *apud Goldaſt.* in den Politiſchen Reichs-Händeln. *part. 2. fol. 136. It.* in den Urſachen dadurch König Ferdinandi Wahl zum Röm. König angefochten. *d. loc. fol. 137. vid. Onuphr. Panvin. lib. de Comit. Imperat. Tit. d. Reg. Romanor. & ornament. Imperial.*

Verum enim verò quantumvis pro his verba A. B. ex ſententia *Limn. J. publ. lib. 2. c. 15.* facere poſſent; Contrariam tamen ſententiam tum uſus hactenus; Exemplo Maximiliani I. qui ſub Regis Romani titulo varias Conſtitutiones & Receſſus Imperii edidit. *vid. O. Cam. An. 1495. Ord. Regim. d. An. 1497. & An. 1500. O. Cam. d. An. 1507. & alibi.* It. Ferdinandi, & Friderici III. *Reform. Francofurt. An. 1442.* Tùm ipſa Caroli IV. filium ſuum in Regē Romanorū. promoventis. vid. *Cuſpian. in vita Wencesl. IV.* realis interpretatio approbavit. Neq; rationes affirmativam tuentibus deſunt. *quas vid. ap. Heig. part. 1. quæſt. 6. n. 21. Beſold. lib. 3. Diſſert. 3. de reg. ſucceſſ. n. 6. Arumæ. diſc. Academ. 4. & 5. & Diſſ. 2. ad A. B. th. 13. & 14.* Id tamen facile concedimus, invitos Electores ab Imperatore, ut coadjutorē ipſi adjungant, cogi non poſſe, per ea quæ tradit *Limn. J. publ. Lib. 2. c. 15. n. 25. 26.*

Sed nûm invito Imperatori Rex Romanus adjungi poteſt.

poteſt? *Reinking. de Regim. ſec. lib. 1. claſ. 3. c. 14.* in negativam abit.

Verum præter rationes contrarias, inter quas *Arumæus Diſcurſ. 2. ad A. B. th. 14.* hanc addit: quod ex juſta cauſa invito Imperatori alius Imperator ſubſtitui poſſit, exemplo Adolphi Naſſovienſis, de quo *Cuſpin. in vita ejusd.* multò liberius Regem Romanor. poterunt creare; Reclamant etiam Capitulationes ut Carol. V. §. Und inſonderheit. 28. *ibi:* Bey ihrer freyen Wahl / *&c.* ſo es zu fällen käme / die Nothürfft und Gelegenheit erfodern wird / geruhiglichen bleiben / und gantz ungetrenget laſſen / *&c.* Quæ verba repetuntur in Capitul. Ferdinand. I. §. Und inſonderheit. 26. & Capitul. Maximilian. II. §. Da wir. 14. & Capitul. Rudolphi II. §. Und inſonderheit. 30. & clarius in Capitulat. Matthiæ. §. Und inſonderheit. 31. *ibi:* Bey ihrer freyen Wahl eines Röm. Königs / dieſelbe ſo offt ſie es einen Käyſer zu Behülff / oder ſonſten dem H. Röm. Reich nothwendig oder nützlich befünden / auch bey Lebzeiten eines Röm. Käyſers / mit oder wann derſelbe auff angelegte Bitte der Churfürſten ohne gnugſame erhebliche Uhrſachen / verweigert werden ſolte / ohne eines regierenden Käyſers Conſens vorzunehmen. Quæ repetuntur in Capitul. Ferdinand. II. §. *34.* Ferdinand. III. §. *38.* Ferdinand. IV. §. *36.* & Capitulat. Leopoldi, moderni Imperatoris invictiſſimi. §. *36.* Ibi: Sondern die Churfürſten / ihre Nachkommen und Erben zu ieglicher Zeit bey ihrer freyen Wahl eines Röm. Königs nach Inhalt der Güldnen Bull / und dieſelbe iedesmahls / und auff alle Fäll / wann ſie es vor nöthig / und zu

Erhaltung der Grundgeſetz/und dieſer Capitulation, oder ſonſten dem H. Röm. Reich nothwendig und nützlich befunden / auch bey Lebzeiten eines Röm. Käyſers/mit oder ohne deſſelben Conſens vorzunehmen/ &c.

Cæterum ex allegatis Capitular. verbis apparet, non niſi ex prægnantibus cauſis ad Electionem Regis Roman. procedendum eſſe: ubi verò tales adfuerint, eadem ab EE. obſervari debere, quæ defuncto Imperatore in electione Regis, novique Imperatoris Rom. obſervanda. *A B. & LL. fundamentales* præcipiunt. Cauſas verò quod attinet illa, nullibi ſpecificè exprimuntur; propterea EE. arbitrio prudenti earum dijudicatio permittetur. *Vid.* Cadauiſche Vertrag / quem exhibet *Hortl. lib. 3. d. cauſ. bell. Germ. c. 13. & ex eo Limn. lib. 2. c. 15. n. 33. add. Schleid. lib. 8. Hiſtor. p. 129. junct. lib. 9. p. 140.*

Tempus verò quo Sereniſſimi EE. Vicariatum exercere debent, exprimitur in A.B. c. 5. *verb. quoties inſuper ſacrum vacare continget Imperium* &c. Vacare verò Jmperium quandò dicatur? ſat multum à multis diſputatur: Id verò apud omnes extra dubitationis aleam ponitur, exprimi caſum, quo Jmperator vitali aurâ frui deſiit; ut tunc, antequàm alius eligeretur, Jmperii adminiſtratio ad duos Vicarios devolvatur: De hoc enim caſu tum antiquiſſima exempla; ut poſt obitum Rudolphi I. ubi *Cruſius lib. 3. Ann. Suev. part. 3. ait: antequàm Regnum Romanorum accepiſſet Adolphus, Interrex erat Ludovicus Palatinus Rheni, ſicut in Germania moris eſt, quam diu ea eſt Capite orbata, Præfectum Prætorio Rheni, Ducemq́ Bojorum* (Idem competebat Palatino

Saxo-

Saxonico, (ſicut ab ipſo *Arumæo*, alioquin à *Frehero* diſſentiente appellatur. *Diſc. 3. ad A. B. th. 28.* ubi Duos Palatinos, Rhenanum & Saxonicum omnium Palatinorum, quos *d. l. th. 27.* recenſet, primos fuiſſe, ipſe fatetur.) ut ſupra ex *Frehero* notatum) *Interregem eſſe, atq; Imperii munia obire.*

Tum recentiora: Ita defuncto Rudolpho II. Sereniſs. Elector Saxoniæ promulgato Edicto, Vicariatus ſuſceptionem publicè intimavit. Habetur illud apud *Goldaſt. Tom. 7.* Politiſche ReichsActen. Von Gottes Gnaden/ Wir Johann Georg/ Hertzog zu Sachſen/ Gülich/ Cleve und Bergk/ des H. Röm. Reichs ErtzMarſchall/ Churfürſt/ und deſſelben Reichs in den Landen des Sächſ. Rechtens/ und an Enden in ſolchen Vicariat gehörende/ dieſer Zeit Vicarius, Landgraff in Thüringen/ &c. Und geben euch aus hochbetrübten Gemüth zuerkennen/ daß Gott der Allmächtige/ Weyland den Allerdurchlauchtigſten/ Großmächtigſten Fürſten und Herrn/ Herrn Rudolph den Andern/ erwehlten Röm. Käyſer/ &c. Unſern Allergnädigſten Herrn/ lobſeel. Gedächtnüs/ vor wenig Tagen durch ein ſeeliges Ende aus dieſem Jammerthal zu ſich in die ewige Freude gnädiglich abgefodert/ &c. Wann dann uns als Churfürſten und Hertzogen zu Sachſen/ nach Außweiſung der Güldenen Bull/ Käyſerl. Belehnung/ und uhralten Herbringen unſerer Hochgeehrten Vorfahren dieſe Zeit/ da das Reich mit keinem Haupte verſehen/ die Verwaltung und Verſehung deſſelben Reichs/ an Enden des Sächſ. Rechten und in unſer Vicariat gehörende Provincien zuſtehet/ &c. &c. Quædam ſimilia Edicta exhibet idem *Goldaſt. d. loco d. Ann. 1612.* Et quis

ignorat

ignorat Potentiſſimum noſtrum Electorem, Johannem Georgium II. poſt nuperum obitum Ferd. IV. beatiſſimæ memoriæ Vicariatum glorioſè adminiſtraſſe? Similem huic caſum communiter concedunt, ſi Imperator vel ſponte abdicaſſet ſe Imperii adminiſtratione; (quam in manus, non Papæ, ut quidam allegati à *Buxdorff. concl. 10. lit. b.* opinantur; ſed EE. faciendam probat *Buxdorff. d. concl. 10. lit. i. k. l.* ſuoque exemplo docuit Carol. V. fruſtra ob id reprehenſus à Pontifice. *vid. Thuan. lib 21. Hiſtor. Ann. 1558.* aliique à *Buxdorff. in A. B. concl. 10. lit. q. allegati.* Id quod fieri etiam per ingreſſum in monaſterium, *arg. c. hoc nequaquam. 7. q. 1.* aſſerit *Rumelin. ad A.B. Diſſert. 4. th. 11.* Sicut factum à Lothario I. narrant *Sigon. lib. 5. d. regn. Ital. Otto Friſing. lib. 6. Chron. c. 1.*) vel (quod aliquandò accidiſſe, & etiamnum juſtis de cauſis, quas vid. ap. *Goldaſt. in Rational. tom. 1. Conſtit. Imperial. fol. 97.* ab EE. non Papa, uti contra *c. 2. d. ſentent. & re judicat. in 6. c. 34. X. d. Elect.* & Pontificum aſſeclas complures defendit *Buxdorff. ad A. B. concl. 11.* fieri poſſe, exemplo Wenceslai, de quo *vid. Onuphr. Panvin. lib. 3. Roman. Princ.* aliorumque edocemur. *Vid. Thom. Mich. d. Jdict. concl. 131. Bocer. d. Jdict. c. 8. n. 76. Buxdorff. ad A. B. concl. 11.*) à Solio dejectus, vel alio modo Gubernationis planè incapax factus fuiſſet. *Limn. J. publ. l. 2. c. 15. num. 23. 24.*

Sed num vivente Imperatore, & ſaltem abſente, aut caſu impedito, idem Juris ſit? Dd. inter ſe non conveniunt: In negativam abeunt non pauci. *Limn. J. p. lib. 3. c. 12.* per rationes quas *idem lib. 2. c. 15. num. 23.* affert;

affert; Alii vero intelligunt etiam de caſu, ubi Imperator extra Germaniam abit. *Arumæ. ad. A. B. diſc. 3. th. 31. Gerlach. Buxdorff. ad. C. 5. A. B. concl. 54.* fundamento hoc, quod *A. B.* expreſsè ſe referat ad privilegium deſuper Comiti Palatino datum: Ergò caſus in ibi expreſſos tacite repetere voluit; Jam vero in privilegio illo caſum abſentiæ comprehenſum eſſe, patet ex ejusdem à multis Impp. facta confirmatione: ut Carol. V. apud *Goldaſt. Tom. 2.* Reichs-Satzung. Wann die Pfaltz-Grafen bey Rhein/die Churfürſten ſeynd/von Röm. Keyſern und Königen ſolche Würdigkeit und Freyheit von alten und langen Zeiten gehabt haben/und noch haben ſollen/wenn Röm. Keyſer oder Könige über Bergk gezogen ſeyn/oder ziehen/daß ſie dann gemeine Vicarien des Reichs hie diſſeits geweſen ſeyn und ſeyn ſollen. It. *Wormat. 1521. d. 21. Maji.* So ein Röm. Keyſer oder König über Bergk oder aus dem Reich iſt/ſeiner Liebden und einen ieden Pfaltz-Grafen der Churfürſt iſt/die Verſehung und Verwaltung deſſelben gebühret und zuſtehet/wie wir dann daſſelbe/auch ſeine hergebrachte Freyheit und Privilegium hievon confirmiret und beſtetiget. &c. Eoque ſe refert confirmatio apud *Goldaſt. Tom. 2.* Reichs-Satz. *p. 241.* ibi. daß wir ihme das Vicariat-Amt und Gerechtigkeit/ſo ſeine fordern ſo Churfürſten geweſen ſeyn/wenn das Reich vacirt, oder ein Röm. Keyſer oder König über das Gebirg gezogen/nach Inhalt der güldnen Bull/und weiland Keyſer Carols Brief gehabt/und hergebracht hätten/und nun auf ihn erblich kommen und gefallen/ *&c.*

Præter hos & ſimiles textus addunt exempla: in Rudolpho II. Palatino, Caroli IV. Socero Lu-

dovico Barbato Palatino, Ruperti Imperatoris, (cujus hac de re privilegium etiam exhibet *Marquard. Freher. in not. ad. Petr. d. Andlo. c. 10. lib. 2. fol. 191.*) filio, *An. 1401.* qui abſentibus Impp. Vicarii extitère. His rationibus moti diſſentientes, concedunt Palatino hoc Jus competere, non tamen vi A. B. ſed privilegii ſpecialis. Idem vero Sereniſſimo E. Saxoniæ conceſſum eſſe, ſibi perſuadere non poſſunt, adeoque tali caſu ſoli Palatino Vicariatum univerſi Imperii tribuunt. Verum, ut hoc credamus, nobis imperare non poſſumus; Iisdem in contrarium ducti argumentis, quæ pro Palatino pugnant. Sicut enim ex ſuprà allatis rationibus apparet, privilegium Palatini ab A. B. confirmari; Ita haud difficulter concludere poſſumus; eâdem A. B idem Juris conceſſum eſſe Saxoniæ Electori, per verba; *Eodem Jure proviſionis Illuſtrem Ducem Saxoniæ, Sacri Imperii Archimareſchallum frui volumus, in illis locis, ubi Saxonica Jura ſervantur, ſub omnibus modis & conditionibus ſicut ſuperius eſt expreſſum:* Quid itaque dubitemus, idem Juris Sereniſſ. E. Saxoniæ competere? Neque dicendum erit, unum Palatinum totum tunc adminiſtrare Imperium, cum vicariatus non uni, ſed duobus, nec ſine juſtisſimis rationibus, quæ forte Conſtantinum olim moverunt, ut in locum unius, duos Præfectos Prætorio crearet; in A. B. antiquisſimam ſecutâ conſuetudinem, de qua ſupra ex *Frebero* quid allegatum, ſit delatus. In hac ſententia ulterius nos confirmat tum Doctorum autoritas, *vid. Arumæ. ad A. B. Diſcurſ. 3. th. 31. Rumelin. ad A. B. Diſſ. 4. th. 12* tum tenor Reverſalium à Carol. V. Sereniſſ.

E.

Electori. Sax. dataru͂, ap. *Gold. Tom.* 2. Reichsſatz. *p.* 243. *verb.* Wir Karel *&c.* bekennen/als wir itzt auf unſern gegenwärtigen Reichstag/ mit Rath / Churfürſten/Fürſten und andern Ständen des Reichs ein Regiement in unſern Abweſen in demſelbigen Reich zu halten aufgericht und beſchloſſen ; daß wir demnach den Hochgebohrnen Friedrichen / Hertzogen zu Sachſen/Landgrafen in Thüringen/Marggrafen zu Meiſen *&c.* Churfürſten / zugeſagt/ auch geſetzt und geredet haben / und thun das von Keyſerl. Macht wiſſentlich in Krafft dieſes Briefs / daß demſelben Hertzog Friedrichen/ſolch unſer und des Reichs Regiement an Sr. Liebden Vicariat-Amt/ nach laut der güldnen Bull kein Abbruch oder Nachtheil bringen ſoll noch mag/in keine weiſe. Quid quæſo hisce Reverſalibus opus fuiſſet, ſi Electori Sax. tempore abſentiæ Vicariatus Jus non competiiſſet, cui per illam ordinationem Regimenti non præjudicatum iri ita cavebatur? Et ex hoc fundamento reſponderi poteſt ad Exempla, quibus evinci poſſe videtur, Imperatori ipſi Jus eſſe abſente ſe, Vicarium quem velit, ordinare. Quod factum fuiſſe legitur à Friderico I. Frid. II. Henrico VII. Sigiſmundo. ut capite præced. retulimus. *add. Freher. Not. ad P. de Andlo. lib. 2. c. 10. verb. vacante Imperio. Buxdorf. ad A.B. th. 54.* Tale enim quid ex conſenſu Vicariorum fieri debere, tum allegatæ Reverſales probant; tum Exemplum Friderici III. Inter quem & Carolum, Burgundiæ Ducem cum *Ao. 1473.* ageretur, ut Carolus per Imperium Vicarius conſtitueretur, nihil effectum eſt, quia Imperator ſine aſſenſu EE. diſponere

id non poterat. *Paralipom. ad Abbat. Urſperg. pag. 450. Conſentit Limn. J. publ. lib. 3. c. 12. n. 43. & ſeqq.* Paulò aliter *diſſerit Arum. ad A. B. diſc. 3. c. 31.*

250 Concludimus ergò, ſuprà laudatis Sereniſſimis EE. Palatino & Saxoniæ, Jus Vicariatus competere Imperio vacante, non ſolum per mortem Imperatoris, ſed & per ejusdem abſentiam. Conſentientem habemus *Domin. Arum. Diſcurſ. 3. ad A. B. c. 31.* Progredimur nunc ad

## CAP. IV.
## De loco, ubi Vicariatus exercetur.

Duplices cûm ſuperius enarraverimus Vicarios; alios Univerſales, alios Particulares; Hinc loca oportet eſſe non eadem in quibus Vicariatus exercetur. Particulares quod attinet, loca illis aſſignata dicto cap. adjecimus; Univerſales verò in univerſo Jmperio Vicarios eſſe, vox ipſa oſtendit; quod quidem de illis, quos ab Impp. ipſis aliquando deſignatos fuiſſe dictum, ſimpliciter intelligi poteſt. De Rege Romanorum Vicariatum ſolus exercente, itidem dubium nullum eſt, quin in univerſo Jmperio, omnibusq; ac ſingulis eidem ſubjectis Provinciis, Territoriis, locis, eâdem, quâ Jmperator ipſe, Vicariâ tamen poteſtate, polleat. Propterea etiam Caput Jmperii vocatur. *R. J. d. An. 1555.* §. und im Fall die Käyſerl. Majeſtät. ibi: an Statt Käyſerl. Majeſtät oder unſer als der Haupter. Quod tamen alternativè, abſente ſcil. Imperatore, intelligendum monet

*Reink.*

*Reink. d. regim. ſecul. lib. 1 claſ. 3. c. 14. n. 57.* In tantùm verò illud verum eſt, ut non Imperatoris ſolum, ſed & proprio nomine poteſtatem ſuam exercere dicatur. *R. J. d. An. 1532.* §. ſo hat dem allen nach. ibi: an Statt und im Nahmen Jhrer Käyſerl. Maj. und für uns ſelbſt. *R. J. An. 1555.* §. ſo ſich denn abermahls: Ibi: Deſſen Lbd. wir an Statt Käyſerl. Majeſt. und für uns ſelbſt/als Röm. König/ſolches hiemit befehlen. &c. *vid. Reink. d. Regim. ſecul. lib. 1. cl. 3. c. 14. n. 50.* Quid quod Regem Romanor. proprio tantùm nomine imperaſſe per multa Exempla probat *Limn. J. publ. lib. 2. c. 15. n. 40. add. Carol. ab Hagen. Jprud. publ. lib. 2. c. 1.* ut ut *Arum.* diſſentiat, ſpecialem rationem in Ferdin. fuiſſe aſſerens. *Diſc. 3. A. B. th. 31. circa fin.*

Sed ad noſtros Vicarios, Sereniſs. ſcil. EE. Sax. & Rheni, ſi reſpicimus, & ipſi quidem ſunt Univerſales Imperii Teutonici, *vid. Arum. Diſc. 3. ad A. B. c. 28.* Vicarii. *vid. Limn. lib. 3. c. 12. n. 23.* adeoque quæ communiter expedienda ſunt, & univerſum reſpiciunt Imperium, non verò hunc vel illum locum in ſpecie concernunt, communiter etiam expediunt; exemplo eſt Jurisdictio Imperii univerſalis, ſeu poteſtas exercendi Judicia univerſalia. Hinc licet Camera ſub tractu, Electori Palatino aſſignato, ſita ſit, utriusque tamen Vicariorum nomine ac ſigillo peragenda ibi peraguntur, ut inferius dicemus *cap. 5.* Alia vero, quæ ita ſe non habent, quilibet Vicariorum in ſibi aſſignato, in A. B., diſtrictu expedire ſolet.

In duos verò tractus totum Imperium A. B. di-

vidit ; Alterum, quo Jure Franconicô fruuntur; Alterum , quo Jus Saxonicum ſervatur. *c. 5. ibi: Illuſtris Comes Palatinus Rheni &c. in partibus Rheni & Sueviæ, & in Jure Franconiô &c. eſſe debet proviſor Imperii* &c. & paulò poſt: *Eodem Jure proviſionis Illuſtrem Ducem Saxon. Sacri Imperii Archimarſchallum frui volumus in illis locis, ubi Saxonica Jura ſervātur. &c.* Hinc concludunt quidam, tempus fuiſſe quo duplici Jure Imperium fuerit uſum; Franconicô (quod idem eſſe cum illo, quod Suevicum vocant, aſſerit *Limn. J. publ. lib. 3. c. 12. n. 17.*) & Saxonico. *Arumæ. d. Diſ 3. th. 28.* Ubi ex *Frehero* refert: ſub Saxonico Jure comprehendi gentem Saxonicam ad mare Balticum & Sarmatiam; ſub Franconico verò tractum Rheni, Franconiam & Sueviam, ſub qua etiam Bavariam, Auſtriamque ad Alpes uſque contineri. Idem aſſerit *Buxdorff. in A. B. concl. 57.* Omnium verò optimè, quæ loca ſub utroque Jure comprehendantur, cognoſci poteſt ex *Goldaſto* in der Vorrede der ReichsSatzung. *p. 291.* Ibi: Dann der Käyſerl. hohen ReichsPfaltz in Schwaben ſind unterworffen geweſen/ nicht allein der Rothweiliſch Hoffgerichts Circkel mit ſeinen Creyſen/ wie die beſtimmet und determiniret ſeyn in den alten Hoffgerichts Ordnungen Erſtes Theils *tit. 6.* in Maximilian. I. Ordnung *pr.* in Maximil. II. verneuerter Ordnung im 2. Theil/ *Tit. 1.* Welches Hoffgerichts Obriſter ReichsRichter iſt der Churfürſt am Rhein/ dadurch der PfaltzGraff verſtanden wird/ das iſt gantz Schwaben und Francken/ dazu gehörig der ThonauStrohm / biß an die Ungariſchen Grentzen/ mit Tyrol/ Kärnten/ Beyern/ Oeſterreich/ der RheinStrohm von ſeinen Urſprung und Anſtoß der Lombar-

bar-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0046-2

bardieſchen Gräntzen/hinab biß an das Britaniſche Meer/ mit Bünden/Schweitzer Land/Wallis/Saphoy/Burgund/und biß an dem Arelatiſchen Reiche herwarts des Rohdani. It. Lotharingen/der gantze Rhein mit allen Chur- und Fürſtenthümen/Städt und Herꝛſchafften ſampt/allen Niederlanden/das iſt tota Alemannia & tota Francia Orientalis. Hinc idem *Goldaſt. d. loc.* colligit: Daß der Sächſiſchen Käyſerl. hohen Pfaltz unterworffen geweſen/ſi non de facto, attamen de Jure, nicht allein die Sächſiſchen Lande und Fürſtenthüme / Geiſtlich und Weltlich/wie die erzehlet werden im Sachſenſpiegel/bald im Anfang der Vorrede im Teutſchen Exemplar. und *lib. 3. art. 62.* Schwabenſpiegel *lib. 1. c. 43. §. 5.* ſondern auch alle Fürſtenthümb/denen Sachſen Recht von Röm. Käyſern und Königen ſeynd gegeben und zuhalten aufferlegt worden/als da ſind Pohlen/Böhmen/Mährẽ/Schleſien/Laußnitz. Weichbild *art. 10.* Schwabenſpiegel *lib. 2. c. 8. §. 3.* Schlaven und Wenden/Schleswick/Hollſtein/Stormarn und Ditmarſchen: Sachſenſpiegel. *lib. 3. art. 64.* ubi *gloſſ.* Pommern/Preußen/Liefland/Littauen/Moßcau und Samogythen. *Gloſſ.* in Weichbild *art. 10.* In allen dieſen Landen hat man Sachſen Recht/und ſoll aus ihnen an Sachſen appelliret werden/wie im obangezogenen Orten des Sachſenſpiegels und Weichbildes klärlich ſtatuirt und geordnet.

Porrò ex *Præfat. compendii Juris Civilis & Saxon.* *Joachim. Georg.* von Prietzen allegat *Limn. d. loc.* hæc: Die Königreiche Böheim/Pohlen/alle Schleſiſche Fürſten/Marggraffen zu Brandenburgk/Laußnitz/Mähren und Meiſſen/Thüringen biß an Franckenland/Ober- und Nie-

der

der Sachſen/die Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburgk / und gantze beyde Ober- und NiederSächſiſche Cräyſe biß an die Weſer/darunter 28. Fürſtenthümer begriffen/haben ſich nach den SachſenRecht geachtet / und ſich dadurch entſcheiden laſſen; Deſſen ſich auch noch das Ertzſtifft Magdeburgk / Sachſen / Stifft Halberſtadt/ Fürſtenthumb Anhalt / Hertzogthumb Hollſtein / Stormarn und Dietmarſen / ſampt denen Hartzgraffen und darinn gehörigen Ständen meiſtentheils gebrauchen.

Quamvis verò prædicta Jura hodie non in omnibus hactenus enarratis locis amplius ſerventur, ſed diverſa diverſis in Provinciis recepta, hæc tamen mutatio dictæ Vicariatus diviſioni non nocet, ſufficit namque olim, vel tempore A. B. in dictis locis viguiſſe. *Buxdorff. ad c. 5. A. B. concl. 57. Rumelin. ad A. B. Diſſert. 4. th. 13. arumæ. Diſc. 3. A. B. th. 29. Limn. d. c. 12. n. 25. & ſeqq.* ubi de Ducatibus quibusdam diſquirit, vigeatne Jus Sax. ibidem, nec ne? *add. Arum. d. Diſc. 3. th. 28.* Qui etiam *th. 44.* ex hoc ipſo text. A.B. evincit Sereniſs. Elect. Sax. Jure dici Defenſorem & Protectorem Juris Saxonici. à *Petro Heig. lib. 1. queſt. 4. n. 35.* adeoque in omnibus Judiciis, ubicunque Jura Saxonica ſervantur, plurimum tribui interpretationi vel declarationi Electorali. *Andr. Rauchb. lib. 1. quæſt. 40. num. 13.*

Notandum hic de Italia, anne illa etiam ſub Vicariatu noſtrorum Vicariorum comprehendatur? Ita quidam affirmare videntur. vid. *Rumel. d. th. 13.* ibique allegati, ſed refutati à *Limn. J. publ. lib. 3. c. 12. n. 18. & ſeqq.* ob id, quod Italia ſub neutro horum diſtrictuum; Franconici ſcil. Saxonicive Juris, contineatur, ipſaque ut plurimum ſuos particulares Vicarios habuerit.

CAP.

# Cap. V.

## De poteſtate ipſa Vicariis competente.

Vicarium vice ac poteſtate ejus frui, cujus eſt Vicarius, ſæpè diximus. Imperatoriâ igitur poteſtate, dignitateque noſtros pollere Vicarios in propatulo eſt. De Rege Romanor. jam præced. capite monuimus, eum abſente vel impedito Imperatore eadem in toto Imperio poſſe, quæ Imperator ipſe. *Ord. Camer. part. 1. T. 1.* §. Nemlich wollen die Römiſche Käyſerl. Majeſt. als Röm. Käyſer/ oder im Fall daß Ihre Liebden und Käyſerl. Majeſt. nicht im Reich oder in der Nähe wären/ Wir als Röm. König/ iederzeit dem Cammer Richter &c. *R. J. d. Ann. 1555.* §. Und ſollen in oberzehlten/ ibi: Die Käyſerl. Majeſt. oder in deren Abweſen aus dem Reich/ Uns ihres Vorhabens &c.

Hancque poteſtatem proprio etiam nomine exercuiſſe, patet tùm ex textibus præced. capit. allegatis; tùm ex aliis, quibus Regi Romanor. non ſolum tribuitur Königliche Macht und Vollkommenheit. *R. J. Spirenſ. An. 1542.* §. Würde ſich aber jemand &c. ibi: von Röm. Käyſerl. und Königlicher Macht und Vollkommenheit. *R. J. Norimb. An. 1542.* §. Und damit aber das zuziehende. *R. J. Ann. 1555.* §. Wir ſetzen/ ordnen und wollen &c. Sed & Majeſtas. *R. J. Spir. An. 1544.* §. Und damit nun dieſer &c. ibi: biß auff der Röm. Käyſerl. oder Königl. Majeſtät Vergleichung. &c. *R. J. Auguſt. An. 1548. pr. ſubſcript.* ibi: Römiſcher Königlicher Majeſtät Cämmerer.

Hinc ipſe quoque caput Imperii vocatur, ut præced. cap. dictum; utpote defuncto Imperatore certiſſi-

mus & immediatus ſucceſſor. *R. J. Auguſt. An. 1559. pr.* ibi: Uns als hiebevor erwehlten/ beſtetigten und gekrönten Röm. König/auch Ihr Liebd. und Käyſerl. Majeſt. im Fall der Erledigung des Käyſerthums/unzweifſentlichen rechten Succeſſori und erwehlten Röm. Käyſer. &c. Vivo verò Imperatore & præſente citra conſenſũ ejus imperare nequit. Quo facit *Capitulatio* Rudolpho II. in Regẽ Roman. ſuperſtite Maximil. II. electo | præſcripta. §. 32. ibi: Wir ſollẽ uñ wollẽ uns auch keiner Regierung noch adminiſtration im H. Röm. Reich weiters oder anders unterziehen/dann ſo viel uns deſſen von Käyſerl. Majeſt. vergönnet und zugelaſſen wird; Daß wir auch Ihrer Käyſerl. Majeſt. die Zeit ihres Lebens an Ihrer Hoheit und Würden des Käyſerthumbs keine Irrung und Eintrag thun ſollen und wollen. Cæterum Exempla exercitæ Majeſtatis hinc inde occurrunt. Sic Comitia conſcripſit. *R. J. Spir. d. An. 1532.* §. So hat dem allen nach &c. Pragmaticas ſanctiones promulgavit. *R. J. d. A. 1555.* Et in *R. J. d. An. 1548* §. Wiewohl auch in der Ringerungs Handelung &c. ibi: Daß die Graffen und Herren/ ſo kürtzlich ihre Dignitäten erlangt/ſolten in recognitionem præeminentiæ, ſo ſie von uns und unſern freundl. lieben Bruder dem Röm. Könige empfangen. tribuitur ipſi Jus conferundi titulos dignitatũ illuſtriũ. It. Jus confirmandi Academias in Ord. *Cam. part. 1. tit. 3.* §. deßgleichen. It. Bannũ Imperiale tũ decernendi; Käyſerl. Landfried zu Augſpurg auffgerichtet *Ann. 1548. tit.* von auffgerichten Landfrieden. § Und ob jemand. Tum ſuſpendendi; *R. J. Spir. A. 1544.* § Und ſollen die Goßlari-

ſchen.

ſchen. Tum mutandi in mulctam; Käyſerl. Land-Friede *d. An. 1548. Tit.* Von Gewalt des CammerG. Tum planè remittendi, ſeu ab eodem abſolvendi. *R. J. Spir. An. 1542.* §. Die Käyſerl. Majeſt. und wir ꝛc. Landfried. *An. 1548. Tit.* Welche umb Friedbruchs willen in die Acht kommen. Hæc de Rege Romanorum.

Sereniſſimorum EE. Vicariorum poteſtas deſcribitur in *A. B. c. 5.* ibi: *Proviſio Imperii cum poteſtate, Judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi reditus & proventus, & inveſtiendi de feudis, juramenta fidelitatis, vice & nomine Sacri Imperii recipiendi; quæ tamen per Regem Romanorum poſtea electum ſuo tempore omnia innovari & de novo ſibi juramenta ipſa præſtari debebunt, Feudis Principum duntaxat exceptis, & illis quæ* Fahn Lehn *vulgariter appellantur, quorum inveſtituram & collationem ſoli Imperatori & Regi Romanorum ſpecialiter reſervamus. Ipſe tamen Comes Palatinus omne genus alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium hujusmodi proviſionis tempore expreſſe ſibi noverit interdictũ.* Hiſce verbis duæ ponuntur regulæ: Prior. continet permiſſa; altera interdicta. Illa eſt: Vicarii Imperii habent adminiſtrandi poteſtatẽ vice ac nomine Imperii. Hæc declaratur exemplis & limitatione. Exempla ſunt 1. In poteſtate Judicia Imperii exercendi univerſalia; ut ſunt Aulicum. *Buxdorff. A. B. concl. 59.* & Camerale. Aulicum Judicium exercet quilibet Vicarius in ſua Aula, habita ſcil. ratione locorum, cuique aſſignatorum; Hujusque intuitu concurrentem cum Camera Jdictionem habent, haud ſecus atque Im-

perator ipſe. *vid. late Arum. Diſc. 3. ad A.B. th. 32. & th. 33.* ubi addit ex *R.J.d. An. 1521.* eum, qui Principem conveni-re velit, poſſe Commiſſarium petere vel ab Imperatore, vel eo abſente, à Vicario; quod ſi verò Cameram adire malit, in cauſis ad eam ſpectantibus facere id poſſe. Eorumq́; ſententiæ, quas ut Vicarii dicunt, appellationi nullæ ſubjacent, ſicut & Imperatoris. *Rumelin. ad A.B. Diſſ. 4. th. 16. Buxtorff. ad A.B. concl. 63.* ubi ſubjicit: confugiendum eſſe ad remedia contra ſententiam Imperatoris dari ſolita.

Cum verò Camera in tractu, Palatini proviſioni aſſignato ſit ſita; non levis eſt diſceptatio inter quoſdam: num utriusque Vicarii nomine proceſſus & alia ibi expedienda ſint? Quod ut utnon nemini negandum videtur, ideo, quod teſte *Brautl. ap. Arum. Tom. 3. Diſc. 1. th. 52.* patrum noſtrorum memoriâ obſervatum fuerit, ut Palatinus ſolus in Camera Imperiali, ſciente Saxone etiam in Saxoni ſubjectos judicium exercuerit: idq́; etiam à Carolo V. cum omnium Principum EE. conſenſu confirmatum extet apud *Goldaſt.* in Reichshändeln. Affirmativam tamen obſervantia recentior præfert. Conſtat enim, ait *Limn. J. publ. lib. 3. c. 12. n. 52.* poſt mortem Rudolphi II. ut & Matthiæ Imperatorum, proceſſus ſub utriusque Vicarii, tum Palatini, tum Saxonis, nomine & communi ſigillo expeditos eſſe. *Brautl. ap. Arum. d. l. Limn. d. l.* mediam ſententiam quibusdam placere aſſerit, qua ſtatuunt: in cauſis eorum, qui ſub Vicariatu Palatini ſunt, Electorem Palatinum Juriſdictionem Cameræ exercere; in cauſis verò eorum, qui

ſub

ſub Vicariatu Sereniſs. Electoris Sax. ſunt, à laudato Electore Jurisdictionem exercendam eſſe: In cauſis verò utrique Vicario ſubjecto concernentibus, regulam: Actor ſequitur forum rei; obſervandam eſſe. Sed hanc diſtinctionem quoad Judiciũ Imperatoris Aulicum receptam quidẽ eſſe, ita, ut quibus in cauſis vivente Imperatore Aulicus ejus Senatus judicat; iisdem in cauſis mortuo Imperatore cujuslibet Vicarii Senatus Aulicus ſuo in tractu ſuccedat; quoad Jurisdictionem Cameræ verò uſu contrario improbatã eſſe, teſtatur *Limn. J. publ. l. 3. c. 12. n. 54. 55.* Id quæſtionis hic movetur: An Jurisdictio Cameræ morte Imperatoris ita exſpiret, ut abſq; confirmatione Vicariorum eam exercere nequeat? *Arum. Diſc. 8. ad A. B. th. 32. circa fin.* exſpirare eam negat: & *th. 33.* exemplo *d. An. 1612.* poſt obitum Rudolphi II. ſuam aſſertionem probat; cum non delegata ſed ordinaria Jdictio illa ſit. *Gail. 1. obſ. 41. n. 5. Buxtorff. ad A. B. concl. 61.* pro utraque ſententia affert rationes & autoritates, in negativam tamen ipſe tranſit.

Circa hoc Membrum disquiri ſolet, quænam cauſæ ad Sereniſs. Vicariorum cognitionem pertineant? Sunt illæ, ait *Limn. d. loc. n. 56.* generaliter omnes, quæ alias ad Imperatorem poſſunt devolvi: idque probat ex textus generalitate, nullam exceptionem ponentis. Excipiunt alii cauſas criminales, & feudales, tàm de feudis minoribus. ut *Mart. Neapolit. d. Jdict. p. 4. caſ. 197.* & alii, quos allegat *Buxdorf. A. B. concl. 62. lit. b. & concluſ. 55. lit. a.* qui feudalium cognitionem vacante Imperio Papæ deferunt; quam majori-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0053-1

joribus ſ. regalibus, propter denegatam Vicariis inveſtiendi de iis poteſtatem in *d. c. 5. A. B.* plus verò eſſe cognoſcere de feudis, quàm de iisdem inveſtire; denegato itaque quod plus eſt, denegari videtur etiam quod minus eſt. vid. quos allegat *Buxdorf. ad. A. B. concl. 62. lit. c.* Sed conſequentiam hanc immotam non eſſe oſtendit *Limn. d. loc.* cui conſentit hactenus etiam *Buxdorf. d. concl. 62. lit. d.* Adducunt præterea textum ex *R. J.* von Regiement zu Wormbs *An. 1521.* aufgericht. §. ob auch Sachen für fielen/ Fürſtenthum/ Hertzogthum/ Grafſchaften ꝛc. belangend/ ſo vom Reich zu Lehn rühren/ ſo einem Theil gäntzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen/ derſelben Erkäntnüß wollen wir uns hierin auch vorbehalten haben. Propter quem textum *Buxdorf. d. concl. 62.* commotus eſt, ut negativam amplexus ſit, licet alias in affirmativam inclinaret. Verum Reſp. idem *Limn.* dictum textum nō loqui de Sereniſs. noſtris Vicariis, utpote quibus Jus antiquitus quæſitum Carol. V. Imperator adimere neutiquam potuiſſet; ſed de Vicario, quem ipſe Carol. V. tunc temporis ordinavit, ſibiq; ipſi ſubſtituit; Huic igitur qualemcunq; poteſtatem tribuendi Jus penes conſtituentem fuit: Concludit inde Sereniſs. Electores Saxoniæ & Palatinum etiam de feudis Principum ſine ulla diſtinctione judicare poſſe, ita tamen, ut illorum poteſtas major non ſit, quàm Imperatoris; nempè ubi ille, ita & hi pares cogantur adhibere curiæ.

II. Exemplum eſt in poteſtate ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, GOttes Gabe zuverleihen. Hæc non exigui momenti res habetur Jure Canonico; utpote quò Epiſcopus non alii quam Vicario ſuo genera-

li

li poteſtatem hanc committere poteſt. *Gloſſ. in c. ſtatutum. d. præbend. in 6. & in c. deliberatione. verb. cuicunque. d. of-fic. legat. eod.* & quidem non generali ſed ſpeciali mandato. *c. ult. d. offic. Vicarii.* Exercent vero illam I. concedendo primarias preces in beneficiis vacantibus. De quibus *vid. Freber. not. ad Petr. d. Andlo lib. 2. c. 6.* Hoc num hodie poſt *Conſtit. pacis Religionis* Vicariis competat in territoriis Proteſtantium? inter quosdam diſceptatur. In negativam abit *Petr. Syring. Diſſert. ad Pac. Relig. concl. 31.* eò quod hæc poteſtas Imperatori competat non J. ſuperioritatis, ſed ex conceſſione Papæ; qui vero nihil Juris habet in territoriis Proteſtantium, E. nec Imperatori ipſe, nec Imperator Vicariis eam concedere poteſt. Contrarium vero defendit *Arum. Diſc. 3. ad A. B. th. 35.* aſſerens: Imperatori non indultu papali, ſed vi ſuperioritatis competere. *vid. Rumel. ad A. B. Diſſert. 4. th. 16. ab eo allegati. Schvvanman. in deciſ. Cameral. pag. 99.* II. Ex Jure Patronatus præſentando. *vid. Buxdorf. ad A. B. concl. 65.*

III. In poteſtate recolligendi reditus & proventus, des Reichs Rent und Nutz einzuſamlen / non tamen in proprios uſus, ſed Imperii eos impendere debent. *Rumel. ad A. B. Diſſert. 4. th. 18. Buxdorf. ad A. B. concl. 66.* deductis tamen impenſis, quas fecerunt. *arg. l. 10. §. 9. mand. Arum. Diſc. ad A B. th. 36.*

IV. In poteſtate inveſtiendi de feudis & Juramentum fidelitatis à Vaſallis vice & nomine Sacr. Imperii recipiendi. Hic dubitari poteſt, cum antiqui feudi (de quo caſu omnino hic ſermo eſt, cum feuda nova concedendi poteſtas Vicariis non competierit) renovatio duobus caſibus fieri debeat; vel

muta-

mutatâ perſonâ Domini; vel mutatâ perſonâ Vaſalli: an uterque caſus hoc loco intelligatur, ita ut omnes Imperii Vaſalli, ſicut mortuo Imperatore à ſucceſſore ejus, ita etiam à Vicariis inveſtituram petere debeant: an vero poſterior ſaltem, ita, ut novus Vaſalli ſucceſſor Imperio vacante, à Vicariis renovationem inveſtituræ petere poſſit? Poſterius affirmat *Limn.* adeoque novus Vaſalli ſucceſſor ab Imperatore nondum inveſtitus à Vicariis ut inveſtituram petat, opus habet, ne ipſi labatur annus præfinitus. *c. un. pr. 2. F. 29. & c. un. pr. 1. F. 22.* Atque hujus ſolius intuitu petendam eſſe inveſtituram ſtatuit. *Rumelin. ad A. B. Diſſert. 4. th. 19.* rationem affert *Arum. Diſc. 3. A. B. th. 37.* ubi addit: quare renovatio inveſtituræ à Vicariis factæ à Rege Rom. ſit facienda, juxta *verb. A. B. c. 5. add. Buxdorff. ad A. B. concl. 67.* ubi ſubjicit, quid de caſu, ſi duo de Vicariatu contendant, fieri à Vaſallis debeat & poſſit.

Hæc ſunt Exempla. Limitatio pertinet ad hoc ultimũ: qvâ à poteſtate inveſtiendi Vicariis cõceſſa excipiuntur feuda Principum, & illa quæ Fahn-Lehn vulgariter appellantur; utpote quorum inveſtitura & collatio ſoli Imperatori & Regi Romanor. ſpecialiter reſervatur. Hic itidem Qæ. Anne eo ſaltem caſu Vicariis liceat inveſtituram conferre ejusmodi feudorum, ubi alias annuum ſpatium Vaſallo ſit elapſurum tempore Vicariatus? Affirmativam amplectitur *Brautl. ap. Arum. d. J. publ. Diſc. 1. vol. 3. th. 76.* ſtatuens: ubi Vicariatus ultra biennium ſe extendit, licere Sereniſſ.

Vicari-

Vicariis inveſtituram conferre; ne Vaſalli lapſu temporis immerentes læderentur; nititur autoritate *Arum.* qui *Diſc. 3. ad A.B. th. 29.* aſſertionem hanc probatum it. *per text. ex R. J.* von Regiment *Wormatiæ An. 1521. §.* und behalten uns bevor die Belehnung der Lehen und Regalien derjenigen/die ſie unter den Fahnen offentlich mit Solennitäten pflegen zuempfahen/zuverleihen. Und ſollen vorgemelde unſer Stadthalter und Regiment aus redlichen Urſachen ſolche Empfängnüß/ und ſonderlich/ob wir auſſerhalb des Reichs wären/ nach Verſcheinung des erſten Jahres/darin einen ieden ſeine Regalien zu empfangen gebühret/noch ein Jahr lang Indult und Erſträckung zu geben Macht haben. Doch daß der/dem alſo Erſträckung zu Empfängnüß der Lehen geben wird/an Eydes ſtatt gelobe und zuſage/in aller Maß/ uns und dem Reich von wegen ſolcher Lehen verpflicht zu ſeyn und zugewarten/als ob er die Lehn empfangen und die Eydes Pflicht gethan hätte. Und mag er alsdann die Regalien und Lehen in aller Maſſe gebrauchen/als ob ſie ihme geliehen wären. Und ſolten wir mitler Zeit des obgemelden Indults/ deßfalls ſolcher gegebenen Erſträckung nicht ins Reich und Hochteutſchland kommen; alsdenn ſollen und wollen wir heraus Befelch thun/an unſer Statt ſolche Regalien/wie ſichs gebühret/zuverleihen. Ex his equidẽ apparere videtur, in caſu abſentiæ poſſe Imperatorẽ Vicariis concedere & mandare ut inveſtiturã feudorum regalium facerent; de quo caſu etiam *Arum.* loqui videtur; Quod vero *Brautl. d. loc.* etiam ad caſum Imperatoris defuncti extendat, id *Limn. lib. 3. c. 12. n. 24. ſeqq.* diſplicet; nec ſine tatione, tùm quod tali caſu, poſteriori ſcil. nemo adſit, qui Vicariis id concedere poſſit, nec tamen per *A. B.* illis

ſit conceſſum, quin potius expreſſe prohibitum; tùm quod talis caſus ut per biennium Imperium vacet: juxta tenorem *A.B.* vix contingere poſſet, & ut maxime contingeret, nulla tamen inde læſio Vaſallis accideret, utpote quibꝰ tempus, quo citra culpam ſuam inveſtituram petere nequeunt, ſicut ex aliis juſtis cauſis, fatale non currit. *c. un. in fin. d. prohibit. feudi alienat. 1. F. 22. 2. F. 25. c. un.*

Porrò aliam quæſtionem movent hic ex verbis: **FahnLehn**: An etiam illa quæ vulgariter **ScepterLehn** vocari ſolent; puta Principum Eccleſiaſticorum: ut ArchiEpiſcoporũ, Epiſcoporum, Abbatum &c. quippe quæ non per ſceptrum ſed baculum confirmantur; ſub limitatione hac comprehenſa intelligantur? *Buxdorf. ad A.B. concl. 63.* utrinque rationes ſuppeditat, in negativam tamen videtur proclivior. *Limn. d. l.* affirmative ſimpliciter reſpondet, quia illa feuda, ut ut ſub voce: **FahnLehn**/ non comprehendi videantur; tamen ſub feudis Principum incluſa ſunt; nam Eccleſiaſtici illi, licet nativitate & ortu non omnes ſint Principes; Dignitate tamen & conceſſione feudorum principalium, Principibus æquiparantur, imò ita vocantur. Probatur id etiam per *conſtitution. Ruperti Imp. ap. Freher. Not. ad Petr. d. Andl. lib. 2. c. 10. fol. 193.* ubi nominatim Archiepiſcoporum feuda, & omnia illa quæ cum vexillis & gladiis recipi conſueverunt, excipiuntur. *add. Beſold. d. Jdict. Imp. Rom. c. 14. Cluten. Syll. rer. quotidian. concl. 26. lit. c. h. & i. Rumel. ad A.B. Diſſert. 4. th. 19.* Magis dubitatur de feudis Comitum & Baronum, num & hæc excepta intelligantur? *Buxdorf. ad A.B. concl. 68.* allatis rationibus dubitandi & decidendi, in affirmativam tranſcendit. Hæc de prima Regula ejusque Limitatione.

Altera

Altera Regula continet Vicariis interdicta: verb. Ipſe tamen Comes Palatinus omne genus alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium hujusmodi proviſionis tempore expreſsè ſibi noverit interdictum. Recte; ſic enim Cæſar ipſe juramento facultates Imperii non diſtrahere, oppignorare aut alio quovis modo deteriorare, promittere cogitur. *Schleid. lib. 1. de ſtatu Relig. Petr. Greg. Tholoſan. lib. 3. d. republ. c. 8.* Idem habetur *in Capitul.* Carol. V. §. Zu dem. *9.* & §. Und ob wir *10.* Ferdin. I. §. Zu dem. *8.* & §. *9.* Maximil. II. §. Zu dem. *6.* & §. *7.* Rudolphi II. §. Zu dem *8.* & *9.* Matthiæ. §. Zu dem. *8. 9.* & *10.* Ferdin. II. §. Zu dem. *8.* Ferdin. III. § Zu dem. *9.* & *10.* Ferdin. IV. §. Zu dem. *9.* & §*10.* Leopoldi I. moderni Imperatoris invictiſſimi. §. Zu dem. *10.* Quin potius illegitime alienata & ab Imperio avulſa omnibus viribus recuperare ſtudeant per allegat. Capit. §. §. Hinc recte Rudolphus I. ea, quæ Comes Palatinus & Marchio Badenſis tempore interregni occupaverant armis repetiit. *Mutius lib. 21. Chron. p. 194. vid. Arum. Diſc. 3. ad A. B. th. 43.* Hic obſervanda eſt diverſitas in verſione germanica, ubi: Und derſelbe Pfaltzgraff hat aus Käyſerl. Güte zu verbieten alle Veräuſſerung und Verpfändung der Güter ſo zum Reich gehören / Zeit ſeiner Verweſung. Verum latinus textus, utpote fons, quem ex Archivo Elect. Pal. exhibet *Gold. Tom. 1. Conſt. Imp. fol. 105. 110. 126.* præferendus eſt.

Diſquiritur hic: An in alienationibus feudorum Imperii conſenſum ſuum adhibere poſſint? *Rumelin. ad A. B. Diſſ. 4. th. 20.* affirmativam amplectitur, eo caſu, ubi Im-

perator ipſe facile aſſenſurus creditur. *Buxdorf. ad A.B.th. 20.* varias pro utraque ſententia affert rationes. Hæc de poteſtate in A. B. Sereniſs. Vicariis conceſſâ, prohibitave.

Sed quid de reliqua in A. B. non expreſſa ſentiendum? *Limn. d. loc. n. 82. ſeqq.* putat, in A.B. contineri mandatum ſpeciale, non igitur plus intelligi conceſſum, quam ibidem expreſſum. *per. l. 5. pr. mandati.* Alii contra ſtatuunt, Sereniſsimos noſtros Vicarios omnia omnino peragere poſſe, quæ Imperator ipſe, niſi ſpecialiter quid inveniatur prohibitum. *Rumelin. ad A. B. Diſſ. 4. th. 15. 21. ibiq́; allegati. add. Buxdorf. ad A. B. th. 71.* ubi multas pro hac ſententia rationes collegit. Imò *Quirin. Cubach. lib. 2. Jprud. publ. c. 30.* eô ampliat, ut dicat, extra caſus exceptos in tantum Vicariorum poteſtatem æqualem eſſe cum Imperatoris poteſtate circa Jura Imperii, ut illis etiam exercitium actuum Imperatori reſervatorum competat: cui conſentire videtur *Buxdorf. ad A.B. th. 72.* ubi non paucos diſſentientes allegat. & in *th. 73.* de iis quæ meræ gratiæ ſunt, idẽ ſtatuit. Hinc Exẽpla adducunt 1. de poteſtate cõfirmandi Academias. quam *Limn.* ipſe *J. publ. lib. 8. c. 1. n. 35.* non abnegat, motus ex eadem ratione, quia in A. B. non eſt prohibita. 2. In poteſtate ſpurios, Baſtardos & quoslibet damnato & illicito coitu procreatos; etiam Illuſtrium, Ducum, Principum, Comitum &c. filios legitimandi. apud *Freher. orig. Palat. lib. 1. c. 15. & in not. ad Petr. d. Andl. c. 10. Rumelin. Diſſ. 4. th. 22.* 3. In poteſtate creandi Equites, Nobiles, (comprobatum hoc dedit Sereniſs. noſter E. Saxon. Vicariatus ſui tempore

An-

Anno 1657. Doctorem quendam Juris, honorabili hodiè ſpartâ fungentem, Nobilem, Comitemque Palatinum creando; cujus nomen, cùm paucos hoc exemplum latebit, ſtudiò hîc taceo.) Notarios publicos & Tabelliones. 4. Jnducias moratorias concedendi. *Sinold. cognoment.* Schütz. *Diſſert. d. Vicariat. Imperii. th. 12. Rumel. d. l.* 5. aliquem in prodectionem ſacri Rom. Jmperii recipiendi. *Martin. Mager. à* Schönberg *tractat. d.* advocat. armat. *c. 9. num. 712.*

Sed properandum ad

## Cap. VI. & Ult.
## De Vicariatus finitione, quæque eam inſequuntur.

Varii cum per hactenus dicta ſint Vicarii, varios, quibus iidem tales eſſe deſinunt, modos eſſe, manifeſtum eſt. Temporales quidem, tum univerſales, tum particulares, tempore, ad quod deſtinati ſunt, finito, vicariam ſuam poteſtarem deponere, dubium non eſt; de quibus etiam multa dicere, neque è re, neque de ſcopo noſtro fuit. Noſtros verò Potentisſimos, Serenisſimosq; Vicarios quod attinet: Rex Romanorum vicariam deponit, cum ordinariam, ejus ſcil. cujus vices gerit, poteſtatem adipiscitur. *arg. l, 58. d. Judic.* quod accidere diximus, ſimul ac Imperator in fata ſeceſſit. *R. J. Auguſt. d. An. 1559. pr.* ibi: Jm fall der Erledigung des Keyſerthums unzweiffentlichen rechten ſucceſſori, und erwehlten Röm. Keyſer &c.

Duo Serenisſimi EE. perpetuam quidem & ordinariam Lege Imperii conceſſam habent poteſtatem, eam tamen non ſemper ſed certis ſaltem caſibus, ut ſupr.

c. 3. dictum, exercere poſſunt; Caſibus igitur illis ceſſantibus, exercitium deponunt, puta: in caſu vacantiæ, um novus Imperator electus fuerit. ubi tamen ex parte electi requiritur etiam acceptatio & præſentia; abſentis enim electi adventus eſt expectandus: prout contigit in Carolo V. qui An. 1519. Menſ. Jun. electus, non longe poſt etiam acceptavit electionem; tamen Sereniſſimi Vicarii Vicariatum usque ad ejusdem adventum in Imperium retinuerunt An. 1520. ſicut ex quibusdam autoribus probat Buxdorf. ad A.B. concl. 75. In caſu vero abſentiæ, vel alius impedimenti, cum abſentia vel impedimentum illud ceſſaverit. *Rumelin. Diſſ. 4. ad A. B. th. 23.* Finito verò, dicto modo, vicariatu, Imperium Imperatori reſignare debent; qui tamen ea, quæ vicariatus tempore legitimè geſta ſunt approbare & ratificare debet. ſicut apparet aus der Verſchreibung *Caroli V. ap. Gold. T. 1. Conſt. Imp. part. ult.* Itemque ex Capitulationibus ut Caroli V. §. *26.* wir ſollen und wollen auch alles das/ ſo durch die zwehn des H. Reichs Churfürſten und Vicarien, in mitler Zeit ſo das vacirt, laut der güldnen Bullen/ und nach vermag des Reichs Ordnungen/ gehandelt/ und verglichen/ genehm haben/ auch confirmiren und ratificiren, in der allerbeſten und beſtendigſten Form/ wie ſich daſſelbe wohl geziemet und gebühret. Eadem verba repetuntur in Capitul: Matthiæ. § ſo ſollen und wollen *&c. 37.* It. in Capitulat. Ferdin. II. §. ſo wollen und ſollen. *&c. 36.* Atque hæc de Nobiliſſima hac Vicariatus materia dixiſſe ſufficiant.

# FINIS.

# JOHANN FRIDERICUS GEORGI.
## J. V. D.
*Generoſo, ac Nobiliſſimo*
## DN. JOHAN. ADOLPHO. MARSCHALCH.
Amico Chariſſimo, atq; Auditori ſuo ſolertiſſimo
## D. S. O.

QVantos Generoſæ mentes alant veræ virtutis ſtimulos, vel ex Tuo, Generoſe Juvenis, exemplo probare poſſumus. Nam ut Parentum Tuorum *quos* Familiæ ſuæ ſplendidiſſimæ Decus verè appellamus, *ſimilis aliquando evaderes; ut Fratrum Tuorum natu majorum, quos* Sereniſſ. Principum Gratiâ *dignos propria virtus jam dudum effecit, veſtigia premeres, omnem â Te moveri lapidem nullo certius ſpecimine comprobare poſſes, quam quod nunc edidiſti. Per* præſentem *ſiqvidem* de Sereniſſ. Imperii noſtri Romano-Germanici Vicariorum *auguſtâ poteſtate:* diſcurſum *publici Juris, egregiam prudentiam prodis, ſimulq; ſic* Potentiſſimo Electori Saxoniæ, Principi *Tuo* Clementiſſimo *ſubjectiſſimam animi Tui devotionem ſubmiſsè exhibes, cùm* Majeſtatica Electoratui huic *adhærentia* regalia *pandis. Prudenter ſanè agis, dum hæc agis.* Sereniſſimus Noſter Vicarius *multos ſibi ſubjectos alit Vicarios, quibus juxta* Juſtiniani *noſtri monitum* Respub. in partibus ejus gubernanda conceditur; *Hos inter* Potentiſſimi Elector. Gratiâ *dignum induſtriâ Tuâ locum aliquando obtinebis. Prudenter & hoc agis, quod non cum illis ſentis, qui privati, publicive Juris ſcientiam leviter & inſtar canis Nilum bibentis, primis ſaltem labris attingere ſattagunt. In*

*his*

*bis enim ſcientiarum plantulæ, utpote radicibus deſtitutæ, exareſcere, ſimul ac rivulis, quibus ad tempus irrigantur, docentium carere incipiunt. Non hos ſectatus es, ſed illos, qui veræ Nobilitatis inſignia geſtare deſiderant. Hæc ut impetrares Tibi ipſi vilis ſæpè fuiſti; Corporis per aliquot annos conflictu pertinacium affectuum agitati, curam parvi pendere ſuſtinuiſti. Animo nimirum agitaſti* Mucianum *illud:* Turpe eſſe Patricio, & Nobili, Jus, in quo verſaretur ignorare. *Hoc opprobrium ut evitares, omnes vires hactenus intendis. Saltus verò per ardua verſantibus periculoſos eſſe maturè edoctus,* Themidis *noſtræ culmina non niſi lento gradu aſcendere paras; Id dicam: ad ſalutanda Jprud. limina benè præparatus acceſſiſti. Oculatus ipſe teſtis vera aſſeverare poſſum. Cùm ante ſexennium, & quod excurrit, à Generoſo* Dn. Parente *Tuo vocatus, Tuo Fratrumq; Tuorum ingenio excolendo domeſticos intra Lares operam darem, nihil à Vobis prætermiſſum animadverti quod vel ad ſtylum exercendum, vel veram Philoſophiam hauriendam conducere, Vobisque ac ſtudio, quod intendebatis Juridico præjudicium facere poſſet. Nomotheſiam etiam noſtram eo modo tractare cœpiſti, quem ipſe Nomothetes præſcripſit. More ſcil. prudentis Architectæ; qui egregiæ formæ ſtructuram erecturus, de fundamento firmiter ſtabiliendo primam ſuſcipit ſollicitudinem. Nullus itaque dubito, ſi ut benè cœpiſti, benè pergis (modò per valetudinem corporis non impediaris) fore, ut Nobilis Eruditionis lauream brevi ſis meriturus. Deus Te voti mei reddat participem! Vale! Faveque Tui amantiſſimo. Dab. è Muſæo. Pridiè Kalend. April. A. S. N. M. DC. LXVI.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37237-p0064-1

Q.K. 156. 25

DISSE … BLICI

III, 1

# VIC … TU…

IMPE … OMA-

N … I.

Magnif … ac Sala-

*Nobiliſſ … llentiſſimi,*

DN. JO … ſmanns/

JCti, ac A … , Conſiliarii

Saxonici … natus Aſſeſ-

… ndi,

JOHA … Marſchall/

Ve 3047

X 1975731

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000 Kodak LICENSED PRODUCT